

Erudimentū Gilberti

Anno domini Mcccc° lvi sum vestitus Erardi incorporatus in fine capituli generali statim post festa pasce
Anno domini 1478 ad cursum promotus sum in baccalarium sub doctore Alberto opponitur in festo doctoris s. Tome de Aquino
Anno domini 1482 promotus sum in magistrum sub domino licentiato Alberto collecto a omnibus collegii

Erudimentum Gilberti

691.

N. Inv.
691.

Liber Celeberrimi viri Magistri Bernhardi de nyssa Sacre theologie professoris I

Ecclesie wratislaviensis et sancti floriani canonici :: qui hunc librum legavit

pro libraria theologorum 1006

Divinis scientia tue recte disponitur cum ad theologiam ordinatur, sicut enim deus finalium ita theologia finis est scientiarum. Cordi quidem mihi est egredi et saltem demittere philosophie studia, sed certe [illegible] amor [illegible] de utriusque in ambiguo positus, ad utramque partem [illegible] [illegible] [illegible] persuasiones, ad alias me dactus [illegible] debeam, obtemperat affectus fidei et libenter [illegible] dei gratiam [illegible] [illegible] [illegible] tempestatibus [illegible] ut eo virtute [illegible] eterna sue divinitatis visione mereat invenire.

Cicero in tusculanis

Theofrastus moriens accusasse naturam dicitur quod cervis et cornicibus vitam diuturnam quorum id nihil interesset, hominibus quorum maxime interfuisset tam exiguam vitam dedisset, quorum si etas potuisset esse longinquior futurum fuisse ut omnibus perfectis artibus omni doctrina hominum vita erudiretur, querebatur igitur se tum illam cum cepisset extingui. Cicero. Quid ergo querar [illegible] deus nihil, sed petam, da michi queso in lumine tuo sensum discretionis et intelligentie, memoriam scientie et sapientie, ut possim alios erudire tibi [illegible] placere. Da sanitatem corporis et anime spacium fructuose penitentie in bonis operibus perseverantiam, petere da [illegible] corporis [illegible] vite [illegible] et vitam eternam in regno celorum, iste est [illegible] [illegible] ad quem studia et [illegible] refero omnia, ad hunc via [illegible] erat [illegible] [illegible] [illegible] finem ad quem studia et [illegible] redemptoris nostri apparebunt [illegible]

Cogitatus mortis est actus sapientis, ad hoc enim philosophie studium ordinatur ut unusquisque semper inveniat et cognoscat commendanda ergo est opinio illa philosophie a platone data diffinicio que asserit philosophiam [illegible] esse cognitionem, [illegible] [illegible] aliud est [illegible] mortale, [illegible] [illegible] et legens absentem in mente habe [illegible] voluptates [illegible] adesse fortissime et [illegible] maxime his [illegible] [illegible] [illegible] vexilla [illegible] [illegible] [illegible] mentibus nostris cogitatio [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] alia [illegible] artes [illegible] [illegible] absentia [illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] tali meditatione [illegible] [illegible] [illegible] valete ergo [illegible] [illegible] et ad [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible]

Sepe numero postulatus a pluribus ut non tantum applicarem
animum ad legendum sed manum apponerem ad scribendum diu
fateor restiti non elato supercilio collo non animo premunitus
sed timens seniles humeros sub gravitate ponderis
obruendos censui potius sarcinam non subire quam ruine
pati dispendium sub fasce. Sed amicorum repetens idipsum
non cessit importunitas nec cessavit et caritatis allegans
obsequia inevitabiliter renitentem impegit. Et media nocte iam ostio clau-
so postulans ab amico panem auditus accepit pene dixerim gross-
iorem et demum pauperis et per ostia aliena coactus mendicantis. Sic
enim ad lectionem quotidie mendicare compellor unde corpus reficitur sic
etiam scriptorum archana scrutor unde pro data michi gratia necessario opor-
tunitate temporis et sanitate corporis spiritus reficitur. Hoc est enim quod meam
consolatur peregrinationem laborare iugiter circa scripturarum vestigia et mel-
lifluum laborem. Homo enim nascitur ad laborem. Et quia in hoc labore
dulcedo sentitur impetu quodam ad opus iterandum vel renovandum vel
continuandum alacrior et ardentior invenitur. Laborant omnes quamquam
studiis disparibus et utilitate dissimili vel circa corporis vel morti-
ficationis exerciciis vel predicationum officiis vel spiritualibus studiis occupati.
Omnes gemimus communi sententia laboris et solicitudinis. Nam corpus
frangunt et animum curis atterunt spe momentanee voluptatis. Sed nos meliorum
laude perficimur quibus adversus carnem res est et vitiis bellum indicitur
et in agone certantes sudare multiplici reformare nituntur que in
prima origine perdiderunt peccati precio perierunt et detecta stigmata reponunt. Cla-
ustrales quis non diligit quorum sanctissima caritate amplius non invenitur
qui proximis impendunt sollicitudinem docent nescios nudatos vestiunt
vobis convincunt opibus erigunt multitudine pauperum nec sui corporis cu-
ram volunt relinquere. Dum districti sunt in silencio utiles in verbo so-
liciti ut que predicant voce impleant actione. Quartos imitemur qui pro-
vide a veteribus de quorum segetibus spicas aut vindemiis racemos pro
dato nobis ingenio colligemus. Non ut veniens aut coniciens opuscu-
lum sed ut ex eorum que scripsere suis pluraque confirmemus. Non illatum
panem de simila sicut competit delicatis sed simplicibus oblatum quod
pre ceteris consuevit eloquentie vel ingenii grossioris. Conferimus autem
in unum radices folia fructus et flores ut ex prophetarum foliis veteris
testamenti radicibus evangelii fructibus expositorum floribus tractatus se lectoris
obtineat consummatus. Sed honestius detractionis venenum vipereum. Nam
vipera Pauli manum invasit dum sarmentorum multitudinem congre-
gavit quia dum scripturarum sinas ad suscitandum caritatis ignem sicut sar-
menta colligimus detractorum corrosivum dentem ab emulis suspicimus.
Hoc tamen est unum solatium quia ventorum impetus casas declinat hu-
miles qui sublimes domus turres feriunt quia summos fulgura montes. Detra-
ctorum enim timor timida sequitur indicit operi pervenit consulentes ad solidi-
tatem et diligentiam inediciendam. Unde et quidem de vipera legitur adeps vipe-
rinus dicitur caligine oculorum. Ergo superet invidia in caritate sine qua
vix legimus aliquid ad utile scripsisse. Et qui zelum in scribendo non
cepit puto quod confessionis ignorantiam non reportat. Offero autem lecto-
ri istud opusculum anime suffragiis ut dum recommendet animam fratris
Humberti origine Tornacensis. Prius autem opusculo quod presens indiguit
artifex rudimentum doctrine nominare placet licet et rudimentum doctrine
quidam appellandum maluit. In quatuor tractatus dividitur principales de do-
ctrina secundum eius causam quadruplicem exequens de doctrine causa finali
de efficiente de formali de materiali de finali vero sic. Primo ostendit
quod propter sapientiam obtinendam creata est rationalis anima. Secundo quod ipsa sive
multipliciter acquiritur sapientia. Tertio quod propter sapientiam invenitur deus in via
in creatura. Quarto quod sapientie finis ultimus est vita eterna. Circa primum
sic quod propter sapientiam obtinendam creata est rationalis anima ostenditur quadrupliciter

℞ omnes homines natura sciendi appetunt ℞ philosophi in hoc errauerunt ℞
sine sapientia mercata nulli ad sapientiam pertingere potuerunt ℞ sine virtuti-
bus sapientiam adipisci non possunt ℞ igitur omnes homines natura sciendi appe-
tunt. Videtur quadruplex, scilicet ex nature conditione, ex culpe corruptione, ex
gratie reformatione, ex philosophorum excitatione ℞ primum

Nature humane conditionem diu attendimus hominem ratione pre-
ditum inuenimus, ex qua eidem insertus est ad sapientiam ap-
petitus. Nam primus adam plasmatus a deo collocatus in
paradiso deliciarum sortitus est locum, ubi et corporis incolumitate
potitus esset et integritate sensuum angelorum fruitus alloquio, si diuino
finaliter subderetur imperio, animam quoque sortitus est talem, que omnibus ani-
mantibus esset prestancior per intelligenciam et rationem. Sed quod sciam
appetiuit quam non debuit, creatori suo male gratus extitit, totus que
terrenus extitit; voluptates eidem commutate sunt in amaritudinem penitu-
dines, valide valitudo corporis collapsa est in languores, mori cogitur, cui
vita indeficiens parabatur, factus est pauper ex diuite, cecus per ignoranciam
ex sciente. Ex hoc satis indicatur, quod ex prima condicione creatus sit ad
sapientiam et leticiam, quod in vallem tenebrarum proiectus et miserie, naturali
motu cordis ad sciam aspirat atque leticiam. Unde Lactancius ait: Video
ego reprehendo studium eorum qui veritatem sciendi volunt, quia naturam hominis
deus adipiscendi veri cupientissimam fecit. Sed illud arguo illud re-
uinco, quod honestum illorum et optima voluntate non sit secutus effectus,
quia neque quid esset ipsum verum sciebant, neque quo aut ubi aut qua
mente querendum. Culpe vero corruptionem qui considerant, legunt quod omnes
homines natura sciendi desiderant, sed in hac corruptione declinant nature.
Quod filii adam vix inueniunt aliquid tam vile, de quo non velint ali-
quid scire nouitate sciendi. Unde Hugo: Videas aliud lucrum, aliud mun-
dialis cure, istud placitationum deo displicenciam, illud seruilis cuiuslibet
artis tam vehementer assistere studium, ut laborem non deputet dum-
modo possit aliquibus doctior reputari. Sic ade filii turrim babel
edificant manibus reptantes et pedibus, ut ad alta conscendant.
Ibi cathenata sunt membra primi parentis, et per insipientem sciendi appetitum
sapientie subditi sumus diue veritati. Hinc credo est quod tanta insanitate
que sapientiam cogitare non possunt tanta intentione feruntur in hec sensibilia
sensibus corporeis apprehendenda, tanta auiditate humum hauriunt nostri in illu-
uie, ut sciamus quod noster creator Augustinus inueniatur pleniusque oculorum eius
acies obliquata. Gratie reformationem attende, et ymaginem dei vide-
bis in homine que certe non visu vel corporali colore quolibet non exprimitur
sed spirituali pulcritudine decoratur. Nam sicut pictores formam exprimunt
per colores, sic ymago et similitudo dei in nobis per sapientiam et virtutes.
Tunc enim mens rationalis per cognitionem et amorem in deum conuertitur, ele-
uatur et perficitur, et mens speculatiua effecta creature corpulencia iam
reiecta in sua pulcritudine reformatur, et ymago suo prothotipo co-
aptatur. Hinc apostolus ait: Reformamini in nouitate mentis vestre,
ut incipiat illa ymago reformari ab eo a quo formata est in virtutum
agnitione ℞ Nemo autem deformis aut deformatus existens reforma-
tionem suam non appetit, quam creatura nobis per graciam et gloriam appetit
et expectat, quia cum apparuerit xpistus similes ei erimus. Et sicut apostolus:
Saluatorem expectamus dominum ihesum xpistum qui reformabit corpus humilitatis
nostre configuratum corpori claritatis sue. Erunt enim in futuro electorum corpora
claritati domini corporis configurata ℞ Nunc et si equalitate glorie eius non
habent per viam, similitudine tamen configurationis eius habebunt
per graciam. Ad quam interim reformari primo modulo per sapientiam, philosophorum
excitationem attende. Videbis quod quod vigebat in eis appetitus sapientie.
Magni siquidem et excellenti ingenio viri cum se doctrine penitus de-
dissent, quicquid laboris poterant impendi contemptis omnibus priuatis
et publicis actionibus se se ad inquirende veritatis studium contulerunt. etiam

tes multo esse preclarius humanarum et divinarum rerum investigare et scire rationem
quam vel struendis opibus et cumulandis honoribus inherere Quibus laboribus
et exercitationibus platonis apolonii et anaxagore ceterorumque breviter comprehendat
quorum tota vita studiorum horum insudabat Quia tamen
a via recta declinantes gressus ambulantes in tenebris varios sequebantur
tur ~~anfractus~~ anfractus semper ut ait apostolus discentes et nunquam ad
viam hec sapientie venientes Et quod philosophi erraverunt Primo de ostensione er
roris Secundo de causa erroris Tertio de specificatione erroris epicuri
Quarto specificatio erroris philosophorum in quibusdam specialibus Quinto ex ipso
erroris in philosophis ex quatuor

Erraverunt certe philosophi quia quod volebant adepti non sunt,
sed operam suam et industriam perdiderunt Nec conceptam siti
ardorem ex visceribus intimorum sedare vel extinguere potuerunt.
Huius autem errorem quatuor argumenta in philosophia et philosophis Impo
sitio nominis, contencio certaminis, defectus certitudinis, effectus turpitudinis
Certe non arguimus veritatem que est in philosophia sed quorundam philosophorum super
sticionem et falsitatem que est in ea. Nam philosophi multa bona dixerunt
et fidei nostre accommoda que non sunt formidanda sed ab eis velut
iniustis possessoribus auferenda spolianda sunt egiptii ut dicetur Contra
Ordiamur igitur in philosophie vano nomine ut corpus facilius destruatur
desecto capite, si tamen corpus vocari debeat cuius partes et membra
discordant Sed nulla coherentia sibi compage videntur palpitare po
tius dissipata quam vivere, philosophia secundum nomen suum dicitur studium sapientie
Sed qui sapere studet nondum sapit sed ut sapere possit Si ergo philosophia sapi
enciam querit nec ipsa sapientia est quia necesse est aliud esse quod
querentem aliud vero quesitum Igitur nec etiam philosophi sunt sapientes studiosi
tamen illo studio ad sapientiam non valent pervenire Nam si esset id studium
ad sapientiam via, puto quod aliquando fuisset ab eis inventa Cum ergo tot
temporibus ingeniis in sapientie inquisitione contritis nondum ab eis apprehen
datur, apparet nullam ibi esse sapientiam nec sapientie studere eos qui philosophantur
sed ipsi studere se putant quia illud quod querunt ubi aut quale sit
nesciunt Sive ergo sapientie studeant sive non studeant, sapientes non sunt
quia et quod nullo loco querunt et quod recte non querunt nunquam recte
reperitur Sed secundum philosophie diffinitionem, philosophia inquit Seneca nichil aliud est quam
recta ratio vivendi vel honeste vivendi scientia vel ars recte vite agende
Si ergo in plures sectas divisa est atque disciplinas et nichil certi habeat
philosophia de quo universi una voce et mente consenciant quod potest esse
tam falsum quam regulam vite philosophiam nominari, ut ait lactancius, in qua
diversitas preceptorum rectum iter impediat aut legem vivendi cuius capita
philosophi magni longe dissonant, aut scientiam vite agende in qua nichil
aliud efficiatur contraria sepe dicendo nisi ut nemo quicquam sciat Nam
achademica ut omnia reddat incerta legem abrogat artem nullam
putat rationem subvertit regulam depravat scientiam funditus tollit Con
fiteantur ergo philosophi quod Cicero in consolatione ait Nescio quis nos tene
at error et ignoratio miserrima veri Contrarietas certaminis inter philosophos eos ostendit
erroneos et deceptos In multas sectas philosophia divisa est et omnes varia
sentiunt in qua ponimus veritatem In omnibus poni non potest Si in una po
nimus quamque veri dabimus ceteris auferemus Unaqueque ut se defendit omnes
alias evertit Nulli igitur se sapere concedit et sicut alias tollit sic
et ab aliis tollitur. Ergo quantumcumque a suis laudetur ab aliis vituperabitur
Si ergo singule secte multarum sectarum iudicio stulticie condempnantur omnes
vane et inanes reperiuntur, seipsam philosophia consumit et unaqueque alteram
gladio perimit nec scuto protegit Quod cum intelligeret archesilaus
achademiam novam condidit et se contra omnes armavit et eo auctore
duo philosophie genera esse ceperunt unum illud vetus quod scientiam sibi attribuit
aliud novum illi repugnans quod eam detrahit Si ergo natura rerum scientiam potest
unum genus perit si scientiam non potest perit aliud Si vero hec sunt paria

perit igitur philosophia quia distracta. Nichil enim possibile sine interitu sibi contrarium esse. Et Crysippo qui posuit nichil aliud sciri. Aliud posse sciri posuit aut frustra ponit quod nescivit. Ipse ergo Archesilas reiectis aliis ipse se imitatione confixit. Relinquatur igitur illi omnes qui humanam vitam turbant non instruunt qui praepositos non instruxerunt. Nam sanare egroti quid vere certi possunt. Destruens rectitudinis arguit superstitionum errores. Prodeunt enim ex hominibus coniecturis. Vigere velle scire utrum sol tantus sit quantus videtur, an sit maior quam terra, luna globosa vel concava, stelle celo herentes, vel per aera cursu libero meantes. Celum quanta magnitudine, qua materia, terra quanta soliditate aut quibus fundamentis librata aut suspensa. Hec et huiusmodi in longis abdita velle coniecturis apprehendere tale michi videtur quale est loqui de remotissima quam nunquam vidimus, cuius tamen nomen audimus civitate, qui tamen multa falsa asserant eo tamen se impune id facere posse credunt, quia nullum qui eos in corpore mendacii arguat inveniunt. Qui si scirent aliquos de celo descensuros qui eos delirare docerent, nunquam de rebus quas scire nequeunt disputarent. Et tamen quia non arguuntur, non est eorum felicior estimanda stulticia vel audacia. Ad eos arguat deus cui soli est veritas rerum remotarum ab intellectu hominis manifesta. Restat ergo veritatem de qua disputant. De qua opinantur philosophi. Quia scientia certi est, opinatio vero incerti. Et tamen philosophia in scientia et opinatione videtur consistere. Scientiam vero Socrates ac Achademici sustulit. Opinationem vero Zeno cum Stoicis repudiavit. Hoc est quod si neque sciri quicquam potest nec opinari oportet, tota philosophia sublata est. Ergo in neutro certitudo nostrorum, sapientia nec eos fuit, sed nemo vidit. Nec enim qui putaverunt posse sciri omnia, nec qui nichil sciri, sapientes fuerunt. Illi quia nimium, isti quia minus huiusmodi dederunt. Modus enim utrobique defuit. Quia scire omnia solius est dei. Nichil vero scire est pecudis vel inanimati. Quod ergo medium est erit hominis, hoc est scientia tamen ignorantie coniuncta et temperata. Et est scientia in nobis ab anima quam possidemus celo, quod enim habemus commune cum angelo et deo. Ignorantia a corpore est, quod extra est. Unde et nobis et cum deo et cum animalibus quedam communitas est. Cum ergo ex hiis duabus substanciis, quarum altera luce predita est, altera vero tenebris, pars nobis data est scientie, pars vero ignorantie. Per hunc pontem transire poteris medium sine periculo. Quod qui non fecerunt tenderunt nimis declinantes dextro latere vel sinistro. Ideo Achademici qui videntes quedam esse obscura dixerunt omnia non esse sciam. Physici econtra videntes quedam esse perspicua, ut lucere solem, lunaticos siderum mensuras horum, virere herbas, naturas umbram, dixerunt omnia esse sciam. Ergo ex perspicuis certum est omnia sciri, ex obscuris similiter certum est nichil sciri. Et tamen si nichil sciendum est, aliquid sciri necesse est. Nam si nichil sciri, ipsum sciri nil posse tollitur. Ergo si nichil sciri potest, aliquid sciri potest. Huic simile est quod dicitur quidam pronunciasse ne somnium credat. Si crediderit, sequitur ut non sit credendum; si non crediderit, sequitur ut sit credendum. Odo, ctenna incerta sibi repugnantia et se dissolvens. Quanto melius dictum fuisset occultas causas rerum et tenuis rerum celestium aut naturalium quia sunt abdite sciri non posse quia non est qui doceat, queri non oportere quas querendo non possumus invenire. Restat cum turpitudinis et inmunde vite philosophos ostendit errasse. Bene enim potuerunt loqui sicut homines exerciti, sed non in lingua ymo in corde viget sapientia. Nec interest quali quis sermone utatur, quia res non verba querimus. Non enim de grammatica vel rethorica nunc agimus que docet quomodo loqui deceat, sed de sapientia disserimus cuius doctrina est quomodo vivere oporteat. Si si philosophia vitam posset instruere, nulli alii nisi philosophi essent boni, et qui eam non didicissent essent mali. Sed innumerabiles bonos et esse et fuisse legimus et fore credimus sine doctrina philosophorum, et paucos fuisse ex philosophis qui in vita gesserunt laude dignum aliquid. Fuerunt siquidem cupidi elati.

magistri libidinosi. sua vitia sub obtentu philosophie celantes. Domini vero que in sco-
lis arguebant facientes. Unde et Tullius ait: Quotus quisque invenitur phi-
losophorum qui sit ita moratus ita animo ac vita institutus ut ratio postu-
lat. qui disciplinam non ostentationem sciencie sed legem putet. qui obtemperet ipse
sibi et decretis pareat suis. Videre licet alios tante levitatis et iactationis
ut hiis fuerit non didicisse melius. Alios pecunie cupidos. alios glorie. multos
libidinum servos. ut cum eorum vita mirabiliter pugnet oratio. Nepos
quoque Cornelius ad eundem Ciceronem sic scribit. Tantum abest ut magistram putem
esse vite philosophiam. beateque vite perfectricem ut nullos magis existimem
opus esse magistris vivendi quam plerosque qui in ea disputando versantur.
Video enim magnam partem eorum qui in scola de continentia et pudore pre-
cipiant. eosdem in omnium libidinum cupiditatibus vivere. Quos ut ait Se-
neca in exhortationibus suis non aliter intueri decet quam medicos quorum tituli
remedia habent. pixides venena. Aristippo Cirenaicorum magistro cum Laide
nobili meretrice fuit scortandi consuetudo. Ille vero sic suum defendebat
flagicium ut diceret multum interesse inter se et ceteros Laidis amatores quod
ipse haberet Laidem. alii a Laide haberentur. Quis daret huic suos li-
beros informandos ut discerent habere meretricem. Aliquid inter ipsum et
perditos homines interesse dicebat scilicet quod alii bona sua perderent. ipse vero gratis
lasciviebat. Unde et meretrix illa sapientior philosophis fuit. que sic philosophum
habuit pro lenone ut ad se omnis iuventus doctoris exemplo et
auctoritate corrupta. sine ullo pudore confugeret ut dicit Lactancius.
Audite lector. Cum invehitur auctor contra philosophum ut philosophiam nec meretricem
collaudat sed alterius fatuitate alterius calliditate contra scientiam atque sapi-
enciam voluit ostendere. Dum mulier illo fatuo sic abutebatur ad lucrum
sicut auceps amicula ex arte ad aves ceteras capiendas. Quid ergo de
cinicis loquar qui a canibus dicti. vitiis canum servati. uxores coram
omnibus in propatulo cognoscebant. Hii omnes philosophi nationibus non perspicie-
tibus sunt habendi viris qui non sapientiam in pectore habebant sed
tantum in labiis qui nec propriis obtemperabant decretis. Ex hiis patet errasse
philosophos. sicut ipsos arguit apostolus in principio ad Romanos.

De causa erroris in philosophis

Causam vero erroris in philosophis reperimus esse
multiplicem. Ex parte scilicet voluntatis elacionem. ex parte rationis
cruditatem. ex parte imaginationis fictionem. Et hec quidem
intra. Extra vero amorem placitorum. et ambicionem. Elacio tendebat
in eis oculos cordis. sicut inflatura faciei visum tamen. Sic enim legimus
licet racionem dicti ad plenum non determinans. quedam animalia que vento
corpore sumpto et aura. Multa ergo potuerunt illi viri vel a deo inspi-
rati vel ab angelis edocti. vel in spiritu excitati. verum cognoscere vel
predicere. sed oculos tumefactos habentes et in tenebris ambulantes ideo
non potuerunt non errare. Non enim sanabantur eorum oculi per fidem ut
viderent limpide veritatem. Tumefecerant siquidem inflatura. a qua ut
dictum est. vultus eorum intumuit. Nec tamen fidei speculum eis condit-
ur humilitatis hunc sanavit quorum superbia eum ignorantiam talis erat.
qualis est comparatio pauperis ebrii et letargici. et hominis litterati in
scolaribus et magistris exaltatis. tantumque eorum precessit elatio ut archana
deitatis sine comprehendere proprio intenderent ingenio. Sed que esset inter deum
et hominem differencia. si dispositiones maiestatis eterne cogitatio comprehen-
dere posset humana. Quia fiat ut ait Tullius veteres philosophos aut insanos eos
aut stultissimos aut gloriosissimos fuisse qui existimassent philosophiam su-
is ingeniis fuisse perfectam. Hinc est quod tot talibus ingeniis quesita
sapientia non fuit a viris clarissimis inventa cum certi fines eorum qui quesierunt
non illo modo quo debuerunt. Unde soleo admirari quod nec Pitagoras et
postea Plato amore indagande sapientie usque ad Egipcios magos et Per-
sas profecerint. ad iudeos quo facillime ire potuissent non accessissent.
Sed arbitror hoc dei providentia gestum. quia nondum pietas erat aut superbis
ingeniis. aut hominibus alienigenis cognoscere deum verum sapientiam. Statuerat

cum deus appropinquante tempore vltimo ducem magnum de celo mitteret qui sapienciam
doceret · et eam ingrato et perfido ablatam populo · ceteris nacionibus reuelaret
Ergo sicut ipsorum elacionem et superbiam · veritatem philosophi · adepti non sunt
ita per eorum superbiam iudei eam postmodum perdiderunt · et ex eadem causa
mirabiliter contingente vtrique pariter caruerunt · Secunda causa erroris est
indiscrecio viciorum · Nam cum falsum aliquid in principio sumitur necesse est
sequi multa inconveniencia que sequuntur · et sic ridicula multa ponuntur
que mala gradiuntur · qui priora diligenter non discuciunt · et tunc ea incipiunt
dum defendere · ad decernunt principia vera vero vel falsa sint · ex sequen-
tibus iudicare · Tercia causa est · ymaginacionis ficcio · Fingit autem
homo portenta quelibet secta pro suo libito · Pitagorica enim et Stoyca ponit
animas hominum immortales · sed et in hoc quod recte senciunt · non cadunt
errores · Nam ad hoc firmentur argumento quo concluditur ut necesse sit ani-
mas ante cum corporibus quam nascuntur cum corporibus · Dixerunt non nasci
animas · sed de corporibus migrare in corpora · Dicet aliter racionem illam se posse
euadere crediderunt · aut animas credebant esse mortales aut de corporibus in
corpora demigrantes ut sic fuerint ante corpora · si remaneant post corpora
Alii vero etiam ex hiis qui eternas animas esse suspicabantur · tamquam in celum mi-
graturi essent · sibi manus intulerunt ut Cleantes · Crisippus · Zeno et
Empedocles qui se in ardentis ethne specum in tempestate nocte de-
iecit · ut cum repente non comparuisset · crederetur abisse ad deos · Sic romane
sapientie princeps Catho · librum Platonis de eternitate animarum · legit et se
occidit et forte tamen · ob aliam causam ut declinaret odium seruitutis
Sic Democritus sponte sua leto caput obuium obtulit · Ipsi posuerunt
eam et finxerunt · animas vinctas corporibus · ut penas scelerum luerent
Sed quis scelera committere potuit · qui non fuit · Nisi forte credamus stulto
Pitagore qui se dicit euforbium fuisse · O singularem Pitagore memo-
riam et o miseram obliuionem nostram · qui nescimus quid ante fuerimus qui
Ille solus ut poetice loquar letheum gurgitem non attigit · et obliuionis
aquam non bibit · Celebratur eciam illa · Socratis ficcio · quod super nos nichil
ad nos · ergo more pecudum procumbamus in terra · nec vultus oculos erigamus
ad celestia contemplanda · Iurabat ipse per canem et anserem · O demen-
tem et vanum hominem si in eis per credebat diuinitatem · Nonne ipse et
Plato loquens de re publica iusticiam matrimonia iubet esse communia · sic ut ad eun-
dem mulierem multi viri tamquam canes confluant et is vtique obtineat
qui viribus vicerit · O miram equitatem Platonis qui sic eneruat me-
ritum castitatis et fidem copule coniugalis · Idem autem Plato ait beatas
ciuitates futuras esse · si aut philosophi regnarent · aut reges philosopharentur · Huic
Platoni quis dederit regnum · ut quod bonum non sciat · constituat pudi-
ciciam seruandam · Sic inquit ciuitas concors erit · et amoris mutui con-
sencia vinculis · si omnes omnium fuerint et mariti et patres et vxores et li-
beri · Que ista confusio generis humani · quid seruabitur caritas · vbi pri-
stina voluptas · Si omnium sunt liberi · quis filios tamquam suos diliget · aut
suos esse dubitet vel ignoret · Cuius filius venerabitur aliquem ut parentem
suum · mortuus vero proprio pro alieno habeat vel pro patre alienum · Sed
concordie causa · mulieres voluit esse communes · hec vero vna si vnius ap-
petitur a pluribus · plures fiunt maxime esse discordes · ergo dum concordiam
querit · discordiam introduxit et iusticiam eciam euacuauit · Redegit
humanam naturam ad similitudinem pecorum · nec animalia que matrimonia faci-
unt et pacem ineunt · nidos proprios construunt · fetus nutriunt · alienos abi-
giunt · Existimauit eciam oportere mulieres militare et consilia publica
interesse magistratus gerere et imperia suscipere · Nonne ergo consequens est ut vi-
ris lanam et telam assignet et infantes gestandos · De hiis in re publica poli-
cia · et in libro de legibus scriptis habetur · Sic igitur deprehenduntur in tanta
vanitate et ymaginacionis ficcione philosophorum principes · quid mirum si de vani-
tate arguuntur eciam et minores · Sed laudatur Democritus · quod agros suos
reliquerit eos quod pascua publica · fieri passus sit · approbarem vtique si donasset

si premium proprium pauperibus concessisset. Crates quoque Thebanus precium
suum in nummos redactum effudit in mare. Abite inquit pessimi in profundum
male cupientes. ego vos mergam ne ipse mergar a vobis. Nescio an hec
fecerit sanitatis iudicio vel furoris. Si verus erat contemptor pecunie potuerit
inde pauperibus subvenire. et quod frustra perditum fuit cum gaudio medicis
non perdere sed utilius reservare. Hec et huiusmodi fuerunt philosophorum fantasmata
que finxerunt et eos errare fecerunt. et puto quia si modo viverent se
errasse dicerent. Unde nati sunt fere tot errores quot homines. Nam veri-
tatis opinio est propter absconditam luminis intellectualis cuius est vivere secundum
ignorancie est dividere et errare. De prefatione erroris Epicuri ubi
notatur eius post ponens veteris contra priora philosophorum contra ipsum invectio
Quarta causa est ambicio favoris popularis emulacio. Unde est quod Epicuri
disciplina multo celebrior ceteris semper fuit. qui ambicionis avidus populo pro-
ponebat. quod populus ipse diligit. Primus enim ad vicia non est primus sed
ut ad se multitudinem traheret. apponebat congruencia singulorum moribus
Desidiosum vetat litteras discere. avarum liberat populari largicione. Ignavum prohi-
bet accedere ad rempublicam. pigrum exercere. timidum militare. Irreligiosus
audit deum nichil curare. Inhumanus iubetur nichil cuiquam tribuere. propriis
serviens commodis. solitudinem laudat fugienti turbam. Qui nimium parcus
est. audit polenta et aqua posse tolerare vitam. Odienti uxorem
celibatus bona laudantur. Habenti vero malos liberos orbitas predicatur.
Impatienti et delicato dicitur omnium malorum maximum esse dolorem. Forti vero
dicitur etiam in tormentis beatum esse sapientem. Qui claritati ac potencie stu-
det. huic precipitur reges colere. Qui molestiam ferre non potest. huic dicitur
regiam fugere. omnium sui temporis fere sapientum. Sic Epicurus dum studet
placere omnibus. maiori discordia secum ipse pugnavit quam inter se univer-
si. Causa vero erroris ipsius quia bonis et malis bona et mala contin-
gere pari lance videbat. ideo providenciam non ponebat. Nam et Capitolium
quod romane urbis et religionis caput fuit. ignibus celestibus frequenter
flagravit. Unde Lucanus. Nam pater altitonans stillanti maximus olimpo
Ipse suas arces atque inclita templa petivit. Et Capitolinis iniecit sedibus
ignes. Cicero vero illam flammam dicit divinitus extitisse. non que deleret illud
celeste domicilium. sed quo sublimius magnificentiusque deposceret. Ceteri
tamen homines non intellexerunt templum suum celesti iudicio sepe dampnatum
sed contra perseras illud restituere contenderunt. Sed videat Epicurus si pro-
videncia nulla est quomodo tam ordinate factus est mundus. Multa namque facta
sunt aliter quam fieri debuerunt. Invenit ergo homo totus absorptus deli-
ciarum conditionibus quid arguat in divinis. Item si nulla est providencia
quomodo tam providenter et callide ordinata sunt corpora. ut singula quoque membra
mirabili racione disposita sua restruerent officia. Nichil inquit in procre-
andis animalibus providencie racio molita est. Nam neque oculi ad videndum
facti sunt. neque aures ad audiendum. neque lingua ad loquendum. neque pedes ad
ambulandum. quia prius hec nata sunt quam esset qui loqui videre audire
ambulare posset. Unde non hec ad usum nata sunt. sed usus ex illis natus
est. Si non est providencia. quare vide cuncta nascuntur. quis sunt omnia
que gignuntur. Sunt inquit semina quasi inane volitancia. quibus
inter se temere conglobatis universa gignuntur atque concrescunt. Cur
ergo illa non cernimus aut sentimus. Quia nec colorem inquit habent
nec calorem nec odorem nec saporem nec humorem. et sunt tam parva
corpuscula ut sint indivisibilia. Sed miror quid ubi sunt. aut quis ea sic
illa corpuscula nullus vidit. nullus preter Leucippum unicum somniavit
a quo Democritus eruditus Epicuro hereditatem stulticie dereliquit. Sed quis ea
doctrina? videbit. Sed hec cum adiuncte libet. Si archipirata quispiam vel
latronum dux satellites suos ad grassandum amplius cohortetur. quo alio ser-
mone utatur quam ut eadem dicat que Epicuri sententia proferret. Nichil deos
curare. non ira tangi. inferorum penas non esse metuendas. quia anime post
mortem occidant. nec ulli omnino sint inferi. voluptatem esse maximum bonum

nullam esse humanam societatem, sibi quemque consulere, neminem esse qui alterum
diligat, nisi sui causa. mortem non esse metuendam forti viro. nec ullum
dolorem. qui etiam si torqueatur, si uratur, nichil curare se dicat. Cuius
has ineptias vero insanias dixerit esse stultas sapientis viri que
pueris lactonibus potissime commodari. Non est mirum. Benedictus deus tot
modo congregatam scolam ut decipiat multitudo imperita. Sed dei precepta
quia simplicia et vera sunt, quantum valeant in animabus hominum, per
quotidianam experienciam ostenditur. Audit ea vir iracundus maledicus
effrenatus et ubique paucissimis velut ovis mansuetissima fit pla-
catus. Da libidinosum, adulterum, ganeonem, reddet eum sobrium, [illegible]
sapie continentem, reddit cupidum liberalem, furibundum clementem, sim-
plice sapientem, debilitatum virilem, pigrorem [illegible]. [illegible] et eum
cor et animus sapientiam petit. infusa dei sapiencia stulticiam delictorum matrem
expellit. Eo quod agendum non in mercede non libris nec lucubracionibus opus
erit. hoc est lumen quod se ingerit oculis fidei simplicitate purgatis
Hec philosophia non prestat. que eum per plures etates quesiverunt, non excedit vita-
ta et occultat. Et ipse hoc. nichilus e(st) auctoritatis aut ponderis quod eum in
solis constitit humanis. Specificatio errorum philosophorum in quatuor (??) et de philosophis
Nunc autem breviter philosophorum aliquos specificare in quatuor errores, circa
quatuor scilicet specialis. Primus enim doctrina philosophorum exemplum est
erronea quia est acephala. Nam et si sine membris quibus decet
vivatur, tamen sine capite non est vita. Ergo igitur qui deum non
novit, qui est caput omnis veritatis atque doctrine, sapiens et verus erit
surdus est. licet loquatur mutus est. Cum vero cognitor deus ab eo cog-
noscitur. tunc videbit, tunc audiet, tunc loquetur. Tunc enim habet caput in-
cipit, in quo omnes sensus collocati sunt. hoc est lingua, aures et
oculi. Ille enim videt qui veritatem in qua deus est, vel deum in quo ve-
ritas est, oculis cordis aspexerit. Audit qui divinas voces et precepta vite
illa pectori suo affigit. Et loquitur qui celestia asserens, maiestate dei
singulariter profitetur. Ex quo quibus remotiores fuerunt philosophi, tanto vicini-
ores viciis et errori. In philosophis errarunt et ideo se invicem gla-
diis perimunt et confundunt. quibus commorari supplicium. et de ex-
cellentibus principiis corporis sed et aliis aliquid est dissidendum. Erravit Aristoteles
circa deum, circa angelum, circa celum, circa mundum. Aristoteles circa deum erravit
qui dei providenciam circa inferiora non posuit. Unde beatus Ambrosius in libro
primo de officiis ait: Reffellam eorum assercionem qui deum putant curam
mundi negligere, hoc velut Aristoteles asserit. Utrum enim curam eius de-
serat, et destituat quod ipse condendum putavit. Et tamen de-
nique maior est fecisse eum aliquid non fecisse. nulla iniuria sit non
curare quod fecit. summa inclemencia est. Et infra de Aristotelis opinione
quid loquar qui putat deum suis finibus esse contentum et prescripto regni
modo degere ut poetarum loquuntur fabule. qui mundum fecit in tres
partes esse divisum ut alii celum, alii mare, alii inferna sorcirentur
imperio. Forte ordinarunt eos quod tamen ne usurpata alienarum parcium
sollicitudine inter se bellum excitent. Similiter igitur asserit quod terrarum
curam non habeat. Et Lactancius ait in primo libro De falsa religione
Aristoteles huius ipse diffidat et repugnancia sibi et esse dicit et senciat
in summo tamen. Ubi mentem mundo preesse testatur. In summo forte
dicit quod dei providenciam esse posuit in celis. Erravit circa Aristoteles circa
angelum et angelicam virtutem posuit enim nonne esse intelligencias. preter
nonne motus nonne celorum mobilium. Ubi est ergo innumerabilis militia eius et
illa milia milium ministrancium et assistencium. Si in angelorum velit
hac paucitate contentus. Erravit circa Aristoteles circa celum quod per intelligencias
posuit vivum et animatum. Sed si distinguamus vivere formaliter et effective
formaliter quando ex unione forme substancialis cum mixtis a materia

et unione eius cum corpore sibi conformi. Fluit vita non sunt celi corpora vi-
va Effectiue quidem per actionem aliquam vel motum excitatur forma latens et
apparet actus vite. Sic aliqui dicuntur celi viuere. Sed de hoc quantum ad celos
esse animatos nec heresi Origenis vitatur. Beatus Jeronimus et in libro de sta-
tu anime. Hec reponit Claudianus. Errauerunt eciam alii qui mundum quem
preesse sint eterna lege ostenderunt philosophorum. Si forte recurras ad principia nature
hunc dicuntur eum intellexisse. Quia per naturam aut motum dicitur nec incepisse
mundum neque destructum esse. Sed per creationem incepit et desinet secundum bene-
placitum cause prime. Pluribus ne sis conuictus sunt qui melius intel-
lexerunt sparsim at alibi et plura quam tu. Viderunt de ipsius scriptis Inde
processit ut dicit magister Hugo super Ecclesiasten quod philosophi gentium de seculorum
reuolucione et rerum omnium reuersu in idipsum mira dementia tempori eterni-
tate astruere conati sunt. Dixerunt quippe rerum mutabilium seriem ab
eterno eodem ordine quo nunc cernitur decurrisse et sine fine lege eadem
mundo in sua vniuersitate nec principium nec finem habente per secula
quedam sibi succedencia circuitum. Seculum autem in xv milibus constare
quod magnum annum appellant. Quo expleto omnibus sideribus ad locum suum
vnde singula quoque ab initio seculi progressi fuerant reuocatis rursum
quod in exordium alterius seculi similiter reuerti ac modo motum inchoantibus
subiectam quoque naturam similibus eandem varie motibus rursus easdem prorsus
omnia que in illis precedentibus ordine processerunt eodem nichilominus ordine
eadem essencia eadem forma eisdem omnino et locis et habitus iterato con-
surgere. Illum quoque summo ac statu simile Platonem Athenis quoque peragere eiusdem quod le-
gem pati fortuna quoque subire. Ita ut eosdem homines nasci easdem eosdem
filios gignere eadem fortuna viuere eadem forte mori contingat. Eunde rerum
euentum eiusdem prorsus qualitatem eiusdem quoque statum et processum omnium
que prius a prioris seculi tenuissent tempora. Talem autem rerum omnium reuo-
lucionem atque iteracionem in idipsum semper fuisse semper quoque futuram esse sine
fine. Et quemadmodum reuersio vnius sideris per singulos annos ad pristinum
statum reuocatur omnium ita reuersio omnium siderum. Tamen quoque nature eodem ordine
suum per singula secula et magnos annos ad pristinam condicionem reparentur
vniuersa. Hic vero error quantus sit. Facile arguet ratio manifesta. Nam
tempora eterna esse non posse in hoc euidentissime apparet quod omne tempus inicium
habuit et sine condicione constat. Quia omne quod inicium habuit ali-
quando non fuit. Dum ipsum. Omne tempus preteritum aliquando prius fuit. Omne autem
tempus quod aliquando prius fuit antequam prius esset non fuit. Alioquin
si semper prius fuit non iam tempus fuit sed eternitas. Si ergo omne tempus pre-
teritum aliquando non fuit. Fuit quando nullum tempus fuit. Utique tempora eterna
esse non potuerunt. Sed erat ante tempora eternitas sine tempore. Quia tempora que nunc
nec auxerunt cum inciperent nec cum finientur consumentur. Liquet ergo
falsam esse assercionem eorum qui seculorum eternitatem dixerunt et mutabi-
litatis principium sine principio fuisse testati sunt. Error philosophorum in Ma-
thematicis
Errat philosophorum in mathematicis et maxime in a-
stronomia quod dicunt eum quorundam dispositionem siderum complexionem
et dicit Basilius eum ad illas stellas que in zodiaco mouen-
tur. Si talis sibi genus sterna coierit certam genesim sole
Phebe. Rursum quod si alter habitus illarum sint contraria. Deinde exponit
Ex influencia eorum linearum posuerunt in hominibus causari diuersitatem
diuersitate morum. Circa quod si intelligunt racio et sufficiente sunt reproba-
di. Et si dispositiue et quantum sunt tolerandi. Vtrius enim corporum superiorum
operatur non corporum mixtorum et complexionum. Et anima sequitur corporis complexiones
corporis unitatis. Et ideo enim ex influencia corporum superiorum cooperando sit ut
in forte esset complexio colerica. Dispositum est ut anima fortis esset ira-
cundia ex illa influencia utpote complexione corporis ex illa vnione constitu-
ta. Sed non est hoc necessarium. Cum videamus in multis oppositum et ita per
accidens operatur virtus stellarum ad qualitatem morum. Tria enim sibi notanda sunt
virtus nature superioris et hec operatur ad morum maliciam. Pater dictum est malitia

et a remotis. Quartus etiam naturae inferioris operatur ibi ut est ipsa complexio
et haec dispositive operatur. et magis de propinquo. Tertium est voluntatis de-
fectus et haec formaliter ad maliciam operatur. Unde ordinatur iudicia astrologorum
frequenter et finaliter falli. Primo propter celeritatem motus celi. Unde Basilius
Nepatores genesiacae vanitatis diminutionem temporis excepti quod eos de schematibus
multa diffugiant in angustissimum penitus temporis redigere mensuram ut etiam
in minimissimo intervallo sicut apostolus dicit in momento et in puncto ma-
gna sit inter genesim et genesim quod distantia asserentes quod ille qui natus est
in hoc puncto rex erit gentium princeps quorumque plurimorum maximamque possidens
multarum quod divitiarum sortiturus. Is autem qui in illo momento creatus est
mendicum et vagum fore quotidianum quod victus causa diversorum ianuas
na abiturum. Deinde circulum qui signifer appellatur in xii partibus dividunt
quoniam sol per triginta dies ingreditur xii locorum fere eius quae aplanes i. iner-
rabilis vocitatur. Et rursum unumquodque membrum partium tricenarum per spatia
duodena ruinant quorum singulas item portiones in alia lx distribuunt
eorumque lx sexagies portiones eruunt. Hunc modum ergo nascentium genesim
disponentes videamus si possint hanc subtilitatem sub temporis dimensione
servare. Mox enim quo infans prorupit ex utero protinus intenta est obste-
tricem quae dicat an puer sit vel puella quod natum est et expectat
vagitum quo capiat parvuli vivendi indicium. quanta nunc dum [illegible] agunt
sexagies dicas momenta transisse. Itaque manifestatur editus puer ma-
thematico quanta dicimus elapsa puncta esse. dum ubi usque redduntur quod et
si contigerit extra fores cubiculi eum stare qui nascentis horam colligit
oportet vestrae tantulum ut diligenter et sine ulla intermissione calculare
possit cursus horarum sive diurnum sive nocturnum fuerit. Quatuor
igitur sexagesimorum nunc eo ipso tempore praeterisse putatur. Necesse enim est ut in-
dominatur stella quae non solum in quota parte duodecimi spacii sed etiam
in quoto puncto duodecimis divise portionis assistit vel potius in quoto
momento sexagesimorum recipitur in quibus diximus decretorum sortem fuisse
divisam. Erit ut omnis vitae inquiratur in quinto eorum sexagesimorum
ostento quae primus sunt sexagesimis operta. Unde istam se cuncti-
atam et incomprehensibilem temporis inventionem in singulis quibusque planeta-
rum non in certe affirmant. ut cognoscatur qualem habitum gessit adversus
ceteras stellas vel quale inter se schema tenuerint eo nascentis infan-
tulus. Nam si hora solicite non fuit custodita contigerit quod vel minimam
quod modo de illa subtilissima ratiocinatione imitari prorsus observantiam. totum
confunditur. unde nunc visitatur quod dicit Ambrosius eo impossibile sit tam
subtilis temporis minutias comprehendere et exigua mutatio inveniat
universitatis errorem. totum negocium plenum est vanitatis. Sed errant
quia contendunt scire ea quae non est eorum scire scilicet tempora et momenta quae pater
posuit in sua potestate. Tertio quia per industriam humanam non possunt sciri
omnes effectus stellarum qui requiruntur ad constellationem. neque secundum se. neque
secundum quantitates earum. neque secundum aspectus. neque secundum quod in diversis com-
plexionibus diversam faciant impressionem. Quarto quia non sumus in puro
aere. ut possimus lumina stellarum notare secundum cursum varia distantia
intervalla. et quia per medios solis quaedam sidera sunt anomala. et quod
quibus etiam omnibus positis et cognitis. transfert status hominum et mutat
deus secundum beneplacitum creatoris. Nam et deus et animus imperant
astris. et non est dubium quod astra sequuntur creatorem impium. Et imperant
etiam ab anima devote. non eorum cursus legitur frequenter impeditus secundum ora-
tione. Ad clamorem enim Samuelis datae sunt pluviae. revelata est dies
sub Josue. iuxta verbum Heliae tribus annis et sex mensibus non fluxerunt
pluviae. Verbum Ptolomei astrologus inquit optimus. multum malum
prohibere potest. quod secundum stellas venturum est. Et non tam prius. Ubi glo-
sator sit dicat. Si ego scirem esset bene cum nativitate pueri. tunc scirem ali-
quam infirmitatem ex marte [illegible]. videmus sibi venturam. Scivimus eius complexionem
ad frigiditatem vel oppositam qualitatem. vel infirmitas adveniens vertet eam

in temperanciam. Similiter et operandum est in ceteris planetis. Cum aliquis sanus
quod ex corpore natura veritus sit. maxime autem quando fortitudo supervenit vel firma,
ta sunt. prius doctrine principiis obstare et veneni occurre morbo. Unde de hec
patis vendant ad proposito. Hermes eciam ait quod una custodia hominis est pie-
tas. pium enim hominem nec demon malus nec fatum tenet. Unde de
loco ostendens quid sit eusebia ait hiis verbis Deus liberat pium ab
omni malo. Unicum est enim unum et solum in hominibus bonum est pietas
Et asclepius audiens eius eandem suam laudis compilavit in illo
sermone perfecto que scripsit ad regem. Dicit enim demones esse inimicos et
vexatores hominum. quos ideo Trimegistus angelos malignos vocat quia non
ignoravit eos ex celestibus dampnatos terrenos esse cepisse. Horum inquit
inventa sunt astrologia et aruspicina et auguracio et ipsa que dicitur oracula
et ars magica. et quecumque prava malorum exercent homines vel palam vel oc-
culte. que omnia prorsus falsa sunt ut Sibilla erica testatur. quia errorea
hec sunt que stulta homines sentiunt corde. De iudiciis tamen astrologorum et
quid sint requirendum est infra in tractatu astronomie in quarta huius operis
parte. Cum igitur secundum omnia inferiora mundi huius elementa phanomena sunt
extitit. sive stellarum cursus et earum effectus et eventus corporum quantum ad huma-
num genus videntes quod ad plenum non poterant ista cognoscere industria demonum
finxerunt ymagines vestra ab eis quesitas et honorantes eas quasi a celis
virtus dei descendisset ab astris. et unum efficerent ex ymagine et illa
virtute. et sic dicebantur versa a demone non virtute sed multitudine et sic genus
humanum in demones incidit et demones adoravit. Sed benignus deus
compaciens homini creature sue. verbum quod ab eterno genuit humanam car-
ni et anime racionali univit et se ipsam ymaginem sue unitatis ab hominibus
adorari voluit. Prophetas et apostolos ad liberacionem eorum suo spiritu inspiravit
non ad celestes rerum curiosius cognoscendos sed ad spirituales spiritus instruen-
dos. non contemplantes in astris corporalibus sed in eternis racionibus. Verum quia
non omnia cognoscebant in plenitudine sed secundum gradus suos differentes illu-
minati sunt prophete. Voluit dei filius per seipsum suam creaturam plenius erudi-
re et eam condescendens descendit et verbum ad humanam ymaginem et ymagina-
cionem venit ad intimam. splendor ad splendorem ydea ad ydolum. naturalis filius
ad adoptivum. deus ad naturam humanam descendit. et sic ex eo tamquam ex virtute
et sapiencia genus humanum non fallaciam sicut ex demone sed veram visionem
de omnibus que ad cultum dei pertinent et ad reductionem humane nature
in suum originale principium habuit. hoc est christianorum astrolabium. Christus
siquidem in plenitudine veritatis nobis elucescit sub duodecim articulis fidei
sicut fit in astrolabio ad distinctionem duodecim horarum sub eadem regula
diffusio solarium radiorum.

Error philosophorum in methaphisicis et primum de ydeis

Error philosophorum in methaphisica primo patet in posicione platonis
qui posuit in mente divina ydeas. tamen ab ipsa separatas. ponebat
eciam animas redire post multa secula ad compares stellas. nega-
bat et resurrectionem corporum. formans ex elementorum qualita-
tibus argumentum. posuit eciam nullam esse veritatem in creaturis sed
tantum similitudinem veritatis. Unde nec verum celum nec verum ignem posuit
esse in mundo sensibili. sicut legitur in Timeo. Respondit autem circa
et resurrectionem corporum satis improbat beatus augustinus contra platonicos
in ultimo libro de civitate dei. Que de ydeis et veritate creaturarum
est parvula probare. Verum enim plato secundum quod ait beatus augustinus in libro
confessionum in libris suis pro parte posuit Iohannis evangelium. verificat
ponit de ydeis suis. per illud quod in principio erat verbum. quod in greco
significantius dicitur enarche enologos. logos enim multa significat. Nam
verbum est et racio. et supputacio. i. numerus et causa uniuscuiusque. per quam sunt
singula que subsistunt. que omnia in dei filio intelliguntur ab eterno. Verbum
enim dicitur quia per ipsum deus pater omnia dicitur fecisse. Sicut ergo verbum in-
tellectus nostri quod primitus in se ipso invisibile concipit et pure intelligit
penes se retinet et quibusdam signis sensibilibus exterius proferre ut capere

mentis cognitio firma permaneat et deinde per signa sensibilia in aliorum
noticiam veniat Sic rationes primordiales omnium rerum in mentem dei in qua
ab eterno fuerunt non reliquerunt et in effectibus suis velut in quadam luce
cognicionis nobis loquentes . se nobis aperiunt ex quibus facta sunt / om
que a principio mundi usque ad finem fluere non desistunt Dicitur etiam verbum
quod est filius dei racio . quia ipse omnium visibilium et invisibilium perfecte
exemplar quod greci ydea dicunt . forma vel species Vnde sicut in racione
seminali . est tota virtus ad omnia que producuntur in illo que vel in illa
specie . ita in illa racione eterna erant omnia ab eterno que erant producenda
in tempore ut dicit Augustinus 5o libro super genesim ad literam . et ideo sicut racio
separata non est . ita nec ydee separate fuerunt Dicitur etiam verbum huius consilij
Dei suppositum vel numerus . perfectius omnibus rebus numeros secundum quos in esse
exeunt . licet enim propter simplicitatem divinam . omnia in mente divina vni-
sunt . sicut in monade omnes numeri sunt . tamen secundum quod res exeunt a se . Que
ne se diversitatem . sicut ex monade procedunt omnes numeri in infinitum progressione
Vnde in unitate non manentes numeri nec separati sunt ab unitate . sic
nec ydee a divina mente Circa autem veritatem non dixit plato in tractatu
sed similitudine veritatis . ita alienum est a veritate quod penitus indiget in
de creatione . quia nec ipse verius plato finisset si veras sensibilium in simpli
mundo non esset Si autem simul sunt veritas et unum . vel quantitas vel
tas est . verius est homo quod videmus esse in mundo sensibilium
Nam si enim sensibilis veritas non esset . nichil esset . nisi forte secundum
ipsum non est vera sed verum . et tunc actua separaverit a subiectis proprio
eius vera nomine sortiatur substancie . et tamen qualitatis Vnde et pone-
bat nichil veri de corporibus que sunt apud nos secundum essenciam et vita
tem sed secundum similitudinem Nos autem dicimus verum verum esse apud nos
solam vero similitudinem esse apud creatorem eo modo quo exemplar sim-
tudo exempli est Sicut verum domus exemplata est que videtur oculis
fabris : et edificatur ex lignis similitudo vero et exemplar eius est in mente
artificis . et imponitur nomen domus ei quod est exterius et non nisi abusi-
ne ei quod est intus Nec exemplar proprie dicitur veritas exempli . nec
veritas enim non est . nisi essencia rei in illo enim dicitur veritas rei in quo
est vera . et cui imponitur nomen rei principaliter et primo . sicut apparet in
homine . et in eius pictura vel similitudine . que non dicitur homo nisi
pictarius . nisi quis ymaginem ad tenus similitudine res facte sunt
dicere velit essenciam verum Quid tamen mundus architipus vocet plato
difficilis est questio Nos autem mundum architipum proprie et exemplarem
omnium que facta sunt adeo vel fiant vel fieri possunt . intelligimus sapientiam
et dei filium a patre eternaliter genitum qui dicitur ars omnipotentis dei
plena racionum viventium . quas plato dixit ydeas que in deo sunt unde
ipse quasi dicitur dei sapiencia multiformis . et verbis intellectum cum perfectum fuit
perfectione completa gratie se efficietur quodam modo mundus intelligibilis
per unionem cum eo gloriosum deiformitatis Sed ne detur indoctiori hic credendi
materia . sic dicimus apud eum esse verum similitudines que etiam veritates in
deo enim sunt res sicut in causa cognitiva et operativa et verius quam in se
ipsis Nec contra Aristotelem statuit stilus in eadem materia . cum imposuit ari-
stoteles nonne posuit intelligencias ipse nonne motus orbium Posuit etenim
celis inesse animas moventes eos . in animabus illis cum sit intelligentia
abstracta se substancias intelligibiles et perfectissimas invenientes magis perfectas
earum et quietas vehementissimo amore assimilari optabant . et hanc perfectionem
assimilare eis celos fuisse Perfectum vero hunc dixit . complebat actualiter
in eis . per quam nichil habent in potencia sed totum quod ad eorum perfectionem
pertinet . semper habebant prout erat eis possibile quare licet videri poterit inito
status gloriae cum dixit nostram eam totum quod ad gloriam eorum pertinet . in actu
presencialiter obtinebunt . nichil novum in futurum sperantes aut desiderantes
Hac igitur de causa posuit totum in revolutione moveri celos ab animabus

sint. Et hec est quod situs possint positiones quasdam esse partibus celorum quemadmodum terra sua nobilia corporibus natura mobilibus. Cum igitur celorum partes non possunt habere simul omnes situs huius, vel quia non possunt omnes situs sic esse super hanc partem terre. Est autem vincens illarum positionis ad unumquemque situm et educat unumquemque anima celorum hanc positionem vincens partem celi sui cum velocitate qua potest. et eo modo quo possibile est hanc possibilitatem ad actum supplens per successionem et perficiens positionem huius actum post actum. quia actus huius positionis sic omnes esse non possunt. Nulla enim pars celi potest esse simul sub omnibus partibus terre positionibus dictis. et propter hoc acquiritur huius situs per successionem et revolucionem. Si aliquis intellexerit sic, satis mirabile de talibus senserit. Nulla enim utilitas esse videtur partibus celi ex huius situs acquisitione. Unde superatur acquiritur eius. Si dicas quod ideo quia potentia reducitur ad actum. hoc est nichil. quia per huius actum destruitur alius actus [illegible] non magis bonum. Praeterea non magis bonum quia acquirendo hunc situm perdit alium [illegible] tamen sunt ea sicut quidam dicunt. Si anime celorum faciunt huius revoluciones sicut asini ad molam revolvendam positi nisi quod maiori utilitati serviunt asini quam huiusmodi anime. magis enim esset melius celos quiescere quam sic moveri. Nisi forte motus huius esse propter infusionem luminis aut caloris huic mundo inferiori. quod tamen ipsi negant. quia si propter hoc moventur celi. tunc viliora essent causa nobiliorum et nobiliora servirent vilioribus quod tamen nichil est. Sed sicut homines qui pastores sunt serviant ovibus. Si dicunt pastores non serviunt ovibus sed dominis suis in custodia ovium. Sic natura habet dicunt animas celorum servire creatori. Unde Augustinus dicit motum celorum esse obediencie dei altissimi. Sed non est propter hoc necesse ponere animas in celis. cum sine animabus etiam in quolibet que motus celi creatori suo necesse habeant obedire. Supponunt etiam ipsi errorem in numero intelligenciarum. quia unicam ut dicunt primo posuit intelligenciam et illam posuit eandem sedem et secundam terre et deinceps donec impleatur numerus earum in denario. et ultimam dicunt intellectum agentem qui est sol intelligibilis animarum nostrarum et lux intellectus nostri faciens relucere in effectu formas intelligibiles in eo quas posuit potentia esse simpliciter apud intellectum. Et sicut sol colores qui sunt potentia in corporibus coloratis educit in actum sue lucis suffusione. similiter formas intelligibiles educit de potentia in actum. Cum nec alie causa sunt ut non nisi unam solam deus educeret cuius plenitudo ex multitudine intuencium non minuitur sicut nec lumen solis. Cum non sint multe create simul. non sunt ex parte creatoris. nec ex defectu virtutis nec ex invidia. nec ex loci angustia que capere non possit tantam multitudinem. Nec ex parte ipsarum intelligenciarum. aut propter ipsarum confusionem ut sic sunt enim concordes et amice cum sint bone. Ergo nec erit nulla repugnancia aut confusio aut propter superfluitatem. quia si mille milia essent nulla superflueret. quod patet ex operationibus earum. intelligere diligere gaudere laudare que beatificant operantes et glorificant creatorem. Cum non tamen maxime videtur inconveniens [illegible] et [illegible] eius. hoc sunt scilicet quod non possunt esse plures substantie abstracte a materia et appendiciis materie spoliate eiusdem ordinis per omnia similes et equales. Quod error est. hic est enim dicere omnes animas unam esse postquam fuerint separate a corporibus. et tamen dum sunt in corporibus. distinguere eas et esse plures. Cum non sic improbat. Cum nec accidunt non faciunt aliud. nec ea que foris sunt. Sed corpora non sunt de substancia animarum suarum. ergo non faciunt eas aliud et aliud. Similiter nec accidencia ut vicia et virtutes. sic et ignorancie et passiones gaudium et tristicia et huiusmodi. Si ergo nec sunt aliud et aliud. multa fortius et plures dum sunt in corporibus. erunt nec aliud et aliud extra corpora. Imponunt etiam errorem eidem in via. quod dixerit ultimam intelligenciam sive demum esse intelligenciam agentem et eam solem intelligibilem animarum nostrarum et lucem intellectus nostri. facientem relucere in effectu formas intelligibiles in eo. quas antea posuit potentia esse apud ipsum. et easdem educit de potentia in actum sicut sol colores irradiacione sua qui sunt potentia in

corporibus coloratis. De hac tamen intelligentia agente quam imponunt aliqui
ut de irradiatione solis non est simile. quia non est necesse adhiberi formas
visibiles que sunt in actu ad hoc ut lux solis eas velut faciat. Non
eo sunt in sole forme visibiles. Imponunt enim eam posuisse unicam
intelligentiam agentem et non plures. Sed non ipsa animam exeat et corpus fa-
bricat. necesse est ipsam esse ubique in mundo terreno. Vel plures esse eam si eas
qui ad ea operentur simul et semel in India et in aliis partibus mundi. Sed ad
posuerit hanc unitam. quia ab uno et eodem unum et idem. quo potest
ab bona illa procedere tanta multitudo. multitudo enim diversorum sibi. non
possit multitudo sibi simili in. Unde ponit Avicenna. differre quales intelligentias
alia in specie. Hec autem sufficiant ad tractatum presentem quia disputacionem
exigunt ampliorem. De quibus in quarta parte ubi agitur de intellectu
agente requiratur.

Errores philosophorum in ethicis patent. non necesse est omnia recitare. sed unum
eligimus ac potissimum de summo bono in quo versatur tota
sapientia moralis sive. Epicurus summum bonum in voluptate animi
esse dicit. Aristippus in voluptate corporis. Dinomachus in sum-
mo bono honestatem cum voluptate coniungit. Diodorus in privatione do-
loris illud ponit. et alii aliud ut patebit. In tanta ergo rerum dubitate
quod sequi debeamus scire est difficile. Omissis tamen litigatoribus suis
et cavillatoribus. ad veri inventorem et datorem sapientie veniamus per quem
dirigi possimus in viam veritatis. et de errore sub istorum possimus scire
suam. Refellamus igitur opiniones eorundem ut pateat nullum illorum
fuisse sapientem. Primo ergo de officio hominis agitur. summum bonum finalis
in eo necesse est poni. quod in ceteris animalibus esse non possit. Sed sicut
feris dentes. armentis cornua. volucribus penne sunt ipsa. Sic homini
proprium aliquid esse debet. ne racionem sue condicionis amittat. Quod autem
vivendi aut fiendi causa omnibus est datum naturale est proprium bonum homini
sed non summum nisi. Qui igitur proprium fuit Sapiens ergo non fuit qui summum bonum
in animi voluptate posuit. quia et stolidus et gaudium et similia patitur. Se-
cunda est opinio Aristippi qui summum bonum ponebat corporis vo-
luptatem non reputat hominem nisi ventri et veneri feliciter ut non
differat inter eum et pecudem. si tu auferas ab eo sermonem que si dederis
aut vel aliud summum bonum esse ponet nisi quod appetit corporis voluptati que
ut obtineant. licet laborem illic volueris nec mortem. Alia ipsa corrumpit.
Non igitur attendenda est ab istis sapientia. quos a bestiis differre facit sola lin-
gua. non mentis sententia. Tertia est opinio que ponit summum bonum
in privacione doloris esse. sed hoc videtur in eo summum bonum ponere quod
medicus potest dare. Dolendum est enim. ut sit communis possit non dolore
primo miserrimus est qui minus dolent quia bono caret cum quod non
felicissimum putabimus quia malo caruit. Ab hac sententia non longe fuit re-
pulsus Ieronimus qui omnino nichil dolere summum bonum esse confirmat. Sed quis
preter hoc bonum prestare quod nobis ut eveniat nichil aliud possimus nos
qui optare. Summum autem bonum nullum facit beatum. nisi semper in eius fuit
potestate. Quarta est opinio que ponit summum bonum esse in voluptate cum
honestate. Sed qui voluptati deditus est honestate caret. Una est cor-
poris enim bona ut sunt incolumitas valitudo et huiusmodi. ita nimio data sunt
et nimia brutis sicut homini. et forte amplius quia brutum non est medi-
cina quia habet humana natura. Quinta est opinio Pypparum qui in bonis
anime et corporis et fortune ponit summum bonum. Et hoc homini et brutis
sunt communia quia sicut opes homini sunt necessaria pro vita tuenda. sic brutis
aprum pabulum atque preda. Sexta est Zenonis qui summum bonum posuit in
eo quod est vivere consentanee ad naturam. vivemus igitur sicut pecora. Sed quod
doceat ut vivamus secundum naturam. ad ea quod noverimus in deterius esse
pravam et quibusdam blandimentis lenioribus precipitari in culpam. Septima
opinio posuit summum bonum in scientia. Sed hoc necesse non est. cum sit scientia alte-
rius rei gratia. non propter se appetenda. Aliter enim in deo dispositum ut determinabitur.

Exercentur ergo vel ad vite suffragationem vel ad gloriam vel ad voluptatem
Sic etiam voluptas vite subsidia vel glorie. sunt homini propria. tamen ad hec bru-
ta videamus avida. Nam in equis deprehendimus appetitum glorie. cum victo-
res exultant. victi dolent. Unde Virgilius. Tantus amor laudum tante vi-
ctoria cure. Incipient etiam homines beati videri qui artem aliquam scirent. vel
et qui malorum scientiam habebunt. ut tam beatus qui venena parare didicerit quam
etiam qui mederi. Preterea si ad naturam rerum nulla scientia referatur. quid michi
ad beatitudinem si novero unde Nilus oriatur. Octava Stoycorum est quorun-
dam ponentium summum bonum sequi virtutem. hec in parte convenit cum nona
que est [illegible]. qui summum bonum ut ait lactancius. in honestate et virtute
collocaverunt. Non est autem virtus summum bonum sed causa est quodammodo summi
boni. quia ad illud sine virtute non potest perveniri. Et revera ergo virtus ad illud per-
veniri potest cum difficultate vel sine. Si facile summum bonum non est bonorum fin-
semper nam in arduo est sita. Et revera in super nos quotidie laborando conficimur
teneatur. si id quod quesivimus sit habetur in promptu. Si autem cum difficultate
tam id precium. alia virtute opus est ut perveniamus ad eam virtutem que
summi dicitur. Sed hoc absurdum est ut virtus per se ipsam perveniat ad se ipsam ad
Et tunc quod summum dicitur bonum id per quod ad aliquid pervenitur. Non est
ergo summum bonum quod indiget ut perveniat ad aliud ad bonum. In hac autem
duplex ab eis non longe recessit qui summum bonum virtute cum honestate
putaverunt. Sed quid hoc. Non enim potest esse ulla virtus inhonesta. nisi forte
existimatione loquebatur humana. Est enim honestas honor perpetuus laude atque
[illegible] populi et rumore delatus. Et iam ergo dicitur si errore et pravitate hominum
vitiata estimatio subsequatur. Nonne iste summum virtutis bonum perdet ad
virtutem tuendam attende quod virtus nullo adminiculo extrinseco indigere
debet que suis viribus nititur et consistet. Nec ullum ei bonum ab homine
est sperandum nec ullum malum etiam recusandum. Hoc est ergo vere sapientis sum-
mum bonum cuius hec duo esse propria primo quod solius hominis sit et non
alterius animalis. Secundo ut solius animi sit summum bonum et non corporis. Tercio
ut non possit alicui provenire sine scientia et virtute. Ex eisdem autem inter [illegible]
philosophorum insipientia fecit et [illegible] Anaxagoras cum ab eo quereretur. cuius rei
causa natus esset respondit. Celi ac solis gratia videndi. Hanc vocem sint di-
gnum plus venerantur que magis stulta virtute stulta et insipiens approbatur
qui omne officium hominis in solis posuit oculis. ad corpus non omnia referens
nichil ad habitum mentis. Nonne iste si cecus fuisset summum ipsum. etiam
hominis amisisset. Quod est etiam quod ceteris partibus corporis destituit innumerabi-
lis. ad plebs sit in animabus qui in oculis sunt. tamen sapientia propria perpetuitatis
beatitudo que non solo aspectu perspicitur oculorum. Magnum credis esse vide-
re celum et solem cur ergo non gratias agas illi cuius opera miraris auctorem. Noli
plus facere cenam acceptam quam illius qui te vocavit ad epulas liberalitatem
et gratiam. Non ergo nascimur ut ea que sunt facta videamus sed ut deum qui
fecit hec omnia veneremur mente teneamus. Unde si quis hominem qui
[illegible] et sive sapiat interroget quare natus sit colendi deum gratia respondebit
et operibus id probabit. Cum enim hominis propria sit ratio. ratio autem huma-
nitatis sit propria. tunc nichil est aliud quam iusticia. nec iusticia aliud quam pie-
tas. nec pietas aliud quam dei patris agnicio. Summum ergo bonum hominis
sola est pietas atque religio. Unde et soli homini datum est intelligere divina.
Unde verum est illa Ciceronis sententia. Ex tot inquit generibus nullum est
animal preter hominem quod habeat noticiam aliquam dei. ipsis quoque in
hominibus nulla gens est neque mansueta neque tam fera. que non eius
noticiam habeat. etiam si ignoret qualem habere deum deceat. Ex quo
patet quod ille deum agnoscit qui recte considerat. unde [illegible] sit. Sed
cum naturam hominis deus hanc esse voluit ut duarum rerum religio-
nis ac sapientie cupidus sit. ideo homines falluntur quia vel religionem
suscipiunt omissa sapientia. vel omissa religione sapientie insudant. cum
alterum sine altero non valeant habere. Cadunt igitur homines ad religiones
multiplices falsas atque fallaces. quia sapientiam reliquerunt per quam docerentur

dino insciem potuit. Student enim sapientie. sed quia religione dei o-
mittunt ideo illam que eos ad veram sapientiam potuit erudire. Unde mi-
randum est quod nullus philosophorum extitit qui sedem ac domicilium summi boni
invenire potuerunt. enim sic quietis bonum quod nature esset hominibus
esse propositum. Est ne hec voluptas corporis que appetitur a cunctis. Sed isto
hec que est nobis et beluis et honestate non habet. et satietatem non
affert. et nimia nocet et minuitur processu etatis et non contingit multis.
Nam qui opes non habent ut in pluribus voluptate carent. Non est
igitur summum bonum voluptas. Sed nec diviciarum pluralitas. Nam paucis
ribus advenit et plerumque casu. et inhertibus sepe et nolentibus. scele-
ribus contingunt. Sed nec regnum. quia cuncti homines non possunt regnare
sed omnibus intendere est summum boni capaces esse. Ex talibus igitur argumentis
potuerunt summum bonum investigare. Capitulum 4m sine sapientia inventa nulli ad sapientiam pertingere potuerunt

Hiis igitur omissis. dicendum est tenendum quod
sine sapientia inventa nulli ad sapientiam potuerunt pertingere. Ad quod
videndum considerans philosophorum superbiam. Supplex eruditionem adhe-
rens efficaciam. et super hoc querebat ipsorum suam superbia philosophorum iam
in parte patuit. Ambulabat enim in exterioribus creature. non invenientes
in quo possint quiescere. sed quo per intelligentiam appropinquasset. unde per
superbiam recesserunt. quia cognoscentes deum non sicut deum glorificaverunt
aut gratias egerunt sed evanuerunt in vanitatibus suis et obscuratum
est insipiens cor eorum. dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. Capitulum 4
sapientes fuisse dixerunt quod aliud restat nisi quod eos in patria
collocemus sicut scriptum est Principium sapientie voluit ad regnum. Ergo
si homines sine Christo pervenire. reliquit gratis mortuum esse. Christus non
nec Christus gratis mortuus est. si per legem iusticia. Nemo et Christus est
incarnatus et passus. si sine fide Christi potuerunt regnum celestia. Demo-
dicitur nos philosophos sic patet Sicut dicit apostolus Semper discentes et num-
quam ad veritatis noticiam pervenientes. Multa sic potuit sicut sapientes stolidi. vel
a deo inspirati vel ab angelis admoniti vel a scriptura inducti. sed fidem spe-
ciem non habentes et non in via. sed per devium ambulantes. nec poterunt
penitus non errare. Sanatur enim oculus mentis per fidem ut purgatior
eius acies limpidius videat veritatem. et sicut fumus inflatus claudit oculos
corporis. sic superbia visum cordis. Non habebant illi hanc doctrinam pietatis
lacrimas compunctionis. humilitatem confessionis. munditie satisfactionis ipsorum salu-
tem amiserunt celestem potum. Sunt nostri. arcam spiritus sancti. Sicut enim
ait magister Hugo Tunc erat in medio scalam infinitam a qua veritus in-
tenuit. et per illam scalam. quam ex creatura habuit. viam sibi fecit
et scalam per quam ad dei sapientiam ascenderet. Sed accidit quod per suppositum
tendens homo carnalis habere carnis oculos. et de falsi [illegible] pre-
sumens et vana curiositate pergens desiit in se. Dum ascendit sup-
se Nam reverberatus a veritatis lumine caligantis oculis infirmitate
et deficiens vanitate redditus solutus. videt in seipsum et successit
falsitas. eo debuerat estimari veritas. Et in mendacia figmentorum
transmiserunt creaturarum species visibiles. tunc simulacra demonum. Sed
erat similitudo persone ut in ea cognoscerent deum maiestatem
et tenebrosa ut non ingeret oculis similitudinem et inefficax ut non proficeret
ad salutem. Currentes igitur in tenebras. facti sunt ceci et stulti. Ceci
ignorantia. stulti superbia. et vana confidencia. Donec ille venit qui
lutum ex sputo fecit et linivit oculos ceci et lavit et vidit et ait
Quem loquitur tecum. ipse est filius dei Nam humilitas salvatoris mediam
assumpte carnis. lumen infudit et sordes cum in expiavit. et dei sa-
pientiam demonstravit ut per eum cognosceret et doceret audiret qui falsa
pacionis per imaginationes insipientes a mundi sapientibus querebatur. et non
invenientibus. sed per veritatem umbre et imaginationes apprehendebant.
Habebat enim eorum philosophia ad similem sapientie. non tamen esset plena stultitie
Non enim in mundo potest stultitiam cumulare. nisi visibilia hominibus ostendere

Cum ergo precepta vite regulam dare poterant qui sic errabant qui vitam
non cognoscebant. Quanto magis nos facere debemus qui a deo eruditi
et illuminati hec precepta vite dare possumus. Unde in terra positi non in celo
querebant in ymo quod invenitur in summo, errantes velut in mari na-
vigantes quo non scientes viam qua feratur, non habentes ducem secuntur quem
Sicut in alto mari via navigantibus queritur, qui nisi aliquod lumen
celi observet, incertis cursibus evagantur. Unde quisquis iter terrene vite
recte celum non terram debet aspicere, non hominem sequi sed deum et
vestigia sapientie incarnate. Hic est filius dei vite magister et dux noster na-
vigii lumine celeste ministrans, et volunt nostre superbie sanando. et non sapiens
virgo lumine celeste ministrans et voluntas nostre superbie sanavit et non superbe
portans sine vero errore nos perducens si eum volumus imitari. Nimirum quam
Est medicina de qua legimus in thobia. cum Thobias iunior de felle
piscis illuminavit patrem. quia Christus ex amaritudine quam pro nobis in carne
sustinuit et ex felleo poculo quod in cruce pro nobis potavit illuminavit illum,
gentem cecitatem et humilitatem [illegible] sustinuit ab oculis eius
albuginem. habebat enim albuginem in oculo pelliculam qui sibi candidum vi-
debatur per sapientiam et iusticiam. Nos autem iam ablato velamine in-
dicia agnoscimus qui vulnera nostra curavit facto collirio de eius sanguine
Medicine efficacia patet cum sinthomata vel accidentia morbi curantur. Quando
Ubi enim cursus figitur cupiditatis Unde et beatum
Bernardum incarnatum efficitur ubi eum cursus figitur cupiditatis per librum pre-
Crisantem sic dixisse legimus Quamdiu te cerne crescente per librum
nebulas carnis cum ore seculi lavare, quamdiu ad lumen pertingere valeas vita
tis. Quemadmodum autem pauper ebrius maxime debilitatur cum semper debitum
teneatur, et semper famelicus, licet comedere sibi videtur in sompnis. cum
famelicus redditur vigilando Sic anima que delectatur per sensus corporales ham-
serit externus semper redditur famelicior nisi deo repleatur interius
Famelica quidem et ulcerosa sequitur foras et in sensibilibus amica. scilicet
cum tactu sensibilium querit immoderatius et diligit creaturas. et cum plenius
nimium Christo non inveniat quicquid ei apposuerit non nutritur sed amplius ex-
citatur Sicut enim in sompnis similiter comitibus vigilantibus. nec non
placet dormientibus alimentum Quam si finis est in quo quiescitur in
creaturis affectus non finitur talis quam decedendo et succedendo continua non
sunt omnia simul preteriunt cursum suum et tamen ubi fixum non habeant
revellunt ab eis et exhibent affectum Et quemadmodum bonum temporale in-
gerit amaritudinem quando in se diligitur sic creature cupiditas vermi-
culum in ea pariat Maledicta enim terra spinas et tribulos germinat ut in la-
bore manducet homo ex tota pane suum. ut videat homo certus et fir-
mius lumine ignis et calores non sentiat incentivum Unde sicut parvo
obest simplicibus sic parum vite terrene regulis non cereae sic parum
prodest litteris hominibus multa scire et in preceptis domini oberrare. Surgunt
enim ydiote rapiunt celum et litterati cum doctrina descendunt in infernum Et cum homo
currit ad multa. Sicut vult in unum latus et ventrem quiete
et ubi non invenerit dolet resolvitur in ipsum creatorem Unde est ex omnibus
scientia que de creaturis agit. duplicem debet in corde legentium donec Christum
inveniat. vel intellectum eliciat vel in Christum credideret et radicat quasi
languentis anime delectamentum et sic in creaturis insistet deus aliquid
amaritudinis ut rediatur affectus spiritualis ad experientiam divine dulcedinis
Sic in scripturis aliis laborat intellectus curiositate vel vanitate ut ille-
ctus et non sanatus eam querat qua finem careat veritate Et sicut ansis
media est inter egritudinem et sanitatem sic dubitatio quam inducunt iste
scientie vel si alio nomine censeatur curiositas. media est inter falsitatem et veritatem
Cum ergo efficax medicina sint quando virtus de terra orta est et iusticia
de celo prospexit. Veritas qua mundum continet de terra orta est ut fervencius
membris portinetur et carnalibus vieribus lactuzetur ut in presepio po-
neretur Et iustitia de celo prospexit. ne sibi cum mortalis infirmitatis cum-
gerat. et sic homo a Christo iustificatus credens dei sui iustitiam requireret.
Hec est sufficiens sapientia sanctorum Unde paulus nichil se scire iudicavit

dictum Sibille imperiale

nisi ihesum xpistum et hunc crucifixum De sententia philosophorum confirmante predicta. sic
ait Sibilla in imperiali scriptura. In ultima inquit etate humiliabitur deus
et humanabitur proles diuina. iungetur humanitati diuinitas. iacebit in feno agnus
et puellari officio educabitur deus et homo. Signa precedent apud appel-
las. mulier vetustissima puerpera concipiet. boetes orbis mirabitur. ducatum
prestabit ad ortum. hic habens pedes xxxiii. sex que pollices. eliget sibi
ex piscatoribus deiectis unum duodenarium. unum que dyabolum. Ipso in gla-
dio bello ve eneadem urbem terre subiciet. sed in hamo piscatoris
in deiectione et rapine superabit diuicias. et superbiam conculcabit.
morte propria mortuos suscitabit. et eam mactabit. viuet et regnabit
et confirmabitur omnia. sit regnancium. bonos iudicabit et malos. Hinc
quatuor animalia surgent in bestiam. nomine agni tuba generat per-
ces instancie. legem que irreprehensibilem cui contradicet bestia. sicut ab-
hominacio summe draconis. Et surget stella mirabilis quasi habens
aliud ymaginem. erit que in tuba mirabili. demones illuminabit. In enea-
dem latus piscatoris noui agni usque a dyabolo liberabit. hinc glabe-
monens illustrabitur porro gloriosus ortus eius. Erit que bestia hominis
ab oriente veniens cuius rugitus usque ad gentes primas audietur. cuius
capita septem sceptra que innumera pedes boz. hic erit contrarius agno ut
blasphemet testamentum eius. angelus draconis agnus. Regem autem et
optimates sevit. erunt in sede terribili. et non dominum timet pedes eius
Stelle quoque due consimiles prime insurgunt contra ipsum et non obtinebunt
usque dum veniat abhominacio et voluntas altissimi consumetur. sicut inse-
rius distinguemus. Hec autem posita sunt non tamen pro confirmacione dictorum
que per mirabili sensu verorum. Si tamen hec sibilla pacium tempore legitur fuisse. que
veritate fidei catholice tam clare declarauit. Erubescant gentiles et philosophi qui
tanta ceritatis caligine confundit. Est igitur hec vera sapiencia que simul cum hominis ut
cognoscant te dominum deum verum et quem misisti ihesum xpistum. Dicit enim perveniri
ad regnum eternum. quod Trismegistus ex parte cognouit. ad cuius Gracias tibi
ago summe et superaltissime. Tua enim gracia tantum sumus cognicionis tue lumen
consecuti. Nomen sanctum et honorandum. Nomen unum quo solus deus est
benedicendus religione paterna. quoniam omnibus paternam pietatem et amorem
et quecumque est dulcior efficacia prebere digneris condonans nos sensu racione
intelligencia. Sensu ut te cognouerimus. racione ut te suspicionibus inda-
gemus cognicione ut te cognoscentes gaudeamus. ac numine saluati tuo
gaudeamus quod te nobis ostenderis totum gaudeamus quod nos in corporibus
sitos eternitati fueris consecrare dignatus. Hec est enim humana sola gra-
tulacio cognicio maiestatis tue. Idem in libro de verbo perfecto. Domine inquit
secundum factum deum primum et solum verbum. bonus autem ei visus est et plenissi-
mum non per humane gratie numerum. Et alio loco filius benedicti dei atque bone voluntatis cuius
hominibus fidelibus colendum. ipsum tamen cognoscere deum dei filium esse.
hoc est verbum eternum quod nos catholici confitemur. Longum esset cetera pro-
sequi et alterius nugarum que sibille Hermes Trismegistus Tullius et ceteri
prophetauerunt de filio dei. Et sine stultitiis sapienciam adipisci non potest sine philo-
Sicut autem sine sapiencia inveniri in illa ad sapientiam plurimi pervenerunt
ita sine stulticiis sapienciam adipisci non potest. Quod autem declaracionis suo
quam verbis et religio a sapiencia non separatur. Et enim sapiencia inveniri
potest unius vel unius donatur. et veri altum diuiditur ab alio. quorum sine capi-
te vel quasi sine membris vivitur. si tamen vivitur. et que secundum gentiles diuix
ad hoc vera statuitur. vere non per veram religio a sapiencia separari. nec sapiencia
a religione secerni. Cum sapere in eo aliud est. nisi deum verum iustis
et piis cultibus honorare. Nam et colendo sapere debemus et in
sapiendo colere ut sciamus quid nobis et quid sit colendum et quod sciuerimus
re et opere virtutis perducamus ad actum. Et ideo non est illa vera religio in qua
tenebra. quia nullus iusticie vel preceptis studium erudit mentem vel hominem
efficit meliorem nec iudicamenta. sit vera sapiencia que non gignit pietatem

Si enim deus hunc mundum regit et fovet munificentissima pietate quid mirum
si velit honorari cultum et quare adhuc in deo palpitat philosophia quid hec inter
se sunt distincta. Nam alij sunt sapientie professores per quos ad deum non veni-
ebatur. Alij religionis antistites per quos sepe non discebatur propter hoc certa-
nerunt et in deos multiplices madeterunt nec unum parentem omnium cognoverunt. Ge-
nitus igitur natura unitate non potest esse nisi unus pater nec dominus nisi unus.
Quid enim faciet servus ubi multi domini diversa imperaverint. ergo colunt
racionem et naturam sunt religiones multorum deorum. ad eos patrem et dominos
appellant ut liberum et Iovem et huius portenta. eum unus homo non possit
esse filius plurium patrum. Sed quemadmodum matrimonium dici non potest. Ubi
mulier una multos viros habet. sed mulier meretrix aut adultera vocatur
et est sicut impudica et meretrix est illorum religio fide carens et honore
et uno originali principio. Sed autem sapientia pertinet ad filios que requirit
amorem. Religio ad servos que requirit timorem. quia sicut filij de-
bent patrem diligere et honorare. sic servi dominum venerari et colere. Deus autem
pater et dominus appellatur. Ipsum ergo eum sicut unus amare debemus ut filij. timere
ut servi. Idem est enim deus quem intelligere et diligere est sapientia. quem
colere est religio. Sed sapientia semper precedit et religio sequitur. quia prius agno-
scitur deinde colitur. Deum ergo primum cognoscimus cognitum diligimus dilectum
colimus. Primum igitur sapientia consistit in cognitione religio in actione. Hec sic
duo rivi procedunt ab eodem fonte. ipse est christus dei virtus et dei sapientia. que
qui ignorarunt aut ignoraverunt nec religiosi nec sapientes esse puri vel po-
tuerunt. Unde fit ut philosophi et qui deos colunt similes sunt aut filijs ab-
dicatis aut servis fugitivis. quia nec illi patrem nec illi dominum suum querunt.
Et quia abdicati filij ideo non assequuntur patris hereditatem. et quia fugitivi
servi non assequuntur impunitatem. Unde est quod philosophi privati sunt beata im-
mortalitate. et quia cultores deorum extiterunt penam inflictam a deo mor-
tis sustinent sempiterne contempta domini maiestate. quorum quidam si deum
cognoverunt non tamen sicut deum glorificaverunt. Solus enim pater venerandus
est qui creavit. solus dominus ille qui regit. solus deus qui homines
ante homines fecit. quia solus ante omnem creaturam fuit. Eum qui non
adorat et insipiens servus est qui dominum suum aut fugiat aut nesciat
et impius filius qui unum verum patrem suum aut odit aut ignorat.
Sed ergo sapientia et religio distrahi non debeant et ab uno fonte procedat
fit tamen potest ut in religionis exercicio vel virtutis aliquis se exerceat co-
gnitio subveniat mundus vestiat. sed tamen illud quod est maximum ei
deficiat scilicet cognitio dei. cum igitur iusticia similis erit humano corpori caput quod
membrum principale omnium non habenti. Et licet membra omnia locis suis
consistant. habitudine et figuram habeant. non video tamen quid sine
capite membra vivant. habent enim tantum formam membrorum, sed non officium
sive usum. Sunt enim qui vivunt iuste. tamen dei non tenet agnicione. similis est
homo caput habenti. sed membrorum officia non habenti. Ut igitur sit corpus
vivum et sensibile requiritur loco capitis fides. et loco corporis virtus omnis.
Si vero in aliqua re parte contingat membrum quod est in corpore viciatum et de-
bile. licet corpus ex influencia capitis et aliorum membrorum eciam perit
vita non careat. Constituerunt autem antiqui viam duplicem. unam per quam
in celum ascenditur alteram ad inferos deprimentem. una est virtutis altera
viciorum. Sunt vero virtutis est primo est aditu ardua et confragosa. sed su-
perata difficultate cum quis in summum eius evaserit. dextro fiet ei pla-
nicia et amena. Sunt vero prima difficultate aditus deterrentur in alteram
que viciorum est dilabuntur que amena est primo ingressu. sed amenitatis specie
eius repente subducitur in progressu et invenit viam precipitatem saxis a-
speram sentibus abductam torrentibus rapidam gurgitibus intercisam.
ita vide sit homo labi vero vel precipitare sit tarde. Sunt omnia eo pertinent
ut appareat in virtutibus obtinendis maximos esse labores in preceptis autem ma-
ximos fructus et solidas voluptates. vicia vero quibusdam oblectamentis
illiciunt animos hominum et nutriunt specie voluptatis et tamen perducunt

ad amaritudinem tormentorum Sapiens disputatur si esset in eis beatitudo se-
miorum atque penarum certa cognicio Nos ergo has duas vias exponimus
quarum una est connexa ad solis ortum altera ad occasum. quia qui veritate
Tercio in via steterit virtutibus ad eternas tenebras devolvitur Quarta
preteritis et habitus declarare dimittimus ut ad propositum redeamus et sic
tercia pars ista in qua ostenditur quod ipse sapiam obtinendam ... alia
est rationalis anima

Nunc videndum est quod ipse finem multiplicem acquirit sapientia Et primo
in generali de multiplici fine adiscendi Secundo in speciali. ubi primo
agitur de fine illorum qui volunt scire vel adiscere ut sciant Secundo
de fine illorum qui volunt scire ut sciantur Tercio de fine illorum qui vo-
lunt scire ut ditentur Quarto de fine illorum qui volunt scire ut edificent
Quinto de fine illorum qui volunt scire ut edificentur Et de fine illorum
qui volunt scire ut sciant agitur. primo de eis qui volunt adiscere ut sciant multa
Secundo de eis qui volunt adiscere ut sciant subtilia Tercio ignorantis scientia
ad terrorem est respondendum que de multis sic adiscendum in generali

Sunt qui scire volunt ut sciant quod est curiositatis quia capa-
citatem intellectus sui distendunt et passim extenuant tamen
ad plurima que ignorata utrobique stultitia Non enim saciatur ocu-
lus visu nec auris impletur auditu ut omnia scire possimus et li-
brorum infinitus est numerus et pluribus intentus minor est ad singula sensus
Unde duobus dominis non invenitur ydoneus servus nec diversa ad utrumque
festinat ducens sibi iunctis officiis neutrum bene pagat Egrotantis enim
animi videtur passio velle multa scire sicut fastidientis est stomachi
plurima degustare Unde michi falli videntur qui plurima legunt
et ex pluribus nullum sibi certitudinis habitum incorporant et assumunt
Nam certis studiis vacare est famulari si volumus mentem imbui et ani-
mum sed fere Unde Seneca dicit Nusquam est qui ubique est Vitam in peregri-
nacione per transeuntibus vel exigentibus hec eveniunt et multa hospicia
habeant nullas amicicias Idem accidat vere est hiis qui nulli
ingenio familiariter applicant sed omnia cursim properantes transmit-
tunt Non prodest cibus nec corpori accedit qui statim sumptus emittitur
Nichil eque sanitatem impedit quam remediorum crebra mutacio Non
venit volumus ad cicatricem in quo medicamenta temptantur Non con-
valescit planta que sepe transfertur Nichil tam utile est quod in transitu
prosit. Sic enim reprobatur eo ad appetendum ignotorum animus dissipatur
Unde Augustinus in x libro de trinitate Si quis tam curiosus est ut non pro-
pter aliquam notam causam sed solo amore rapiatur ad incognita sciendi
discernendus quidem est huiusmodi curiosus a nomine in studio Sed nec
ipse amat incognita. immo convenientius dicitur. odit incognita que
nulla esse vult dum vult omnia esse cognita Et ideo primo prohibentur
antiquitus omnia scire curiosi ne simus in operibus dei curiosi quia secundum Jeronimum
in principio libro de similitudinibus Curiositas est studium perscrutandi
illa que scire nulla est utilitas Unde et tradunt non attenditur sapiencie
sententiam quia sicut dicit in xv de trinitate capitulo ii patiores sunt ad
interrogandum quam capaciores ad intelligendum Sunt enim qui scire vo-
lunt ut sciantur et hoc est vanitatis. vana enim gloria non sunt homines
interius sapientes sed exterius se iactantes. unde et Persius ait Ne
te quesiveris extra Scire tuum nichil est nisi te scire hoc sciat alter
Et Boecius de consolacione O gloria gloria in milibus hominum quid aliud es quam
nichil aurium inflatio vana Unde Valerius maximus libro ix
narrat quod Sophocles iam senex cum tragediam quandam in certamine
misisset et suspensus ancipitis certaminis sententiam expectaret. sententiam
pro ipso habuit et pre gaudio expiravit Sunt enim qui scire volunt
ut ditentur et hoc est cupiditatis Baruch iii Filii agar quesierunt
prudentiam que de terra est. negociatores terre et thema virum autem

sapientie nesciunt. Negociatores etiam sunt qui pro terreno precio sapientiam pro-
stituunt. Et bene vinum sapientie nescit vendere. quia sapientiam exponunt pro
precio. pro qua tamen dignum precium non habetur. Infinitus est enim thezaurus
sapientie quo qui usi sunt participes amicitie sunt divine. Sunt etiam qui
scire volunt ut edificent. et hec est caritatis. Caritas enim non querit que
sua sunt per quam predicatores ad portum salutis vadunt. Ideo enim dum
wolphus replebat hanc sancto ut peccatorum predicationem resipiscebat homines a
peccato. Et sicut caritas forma est omnium virtutum. sic intentio caritatis finis est
scientiarum. Et ad omnes scientie ordinentur ad divinam. divina vero scriptura sicut
scribit in tercio libro de doctrina christiana. nichil precipit nisi caritatem. nichil
prohibet nisi cupiditatem. manifestum est quia scientiarum finis tendit ad exercitium
caritatis. Unde est quod augustinus in epistola ad volusianum ondit quod propter caritatem
i. dilectionem dei et proximi physicam logicam ethicam et similem scientiam com-
prehendit. Et in omelia prima super canonicam johannis dicit quod sacre scripture le-
ctio est sicut oleum in flamma si sit ibi quod nutriatur. Sunt etiam qui
scire volunt ut edificentur. quod prudentie deputatur. Nam sicut sumen-
ti cibum et non digerenti morbus est illi. sic scienti bonum et non facienti
peccatum est illi. Et sicut cibus digeritur. ut corpus inde nutriatur. ut
prius bene masticetur per diligentem sui discussionem et post trahatur in ven-
trem memorie per frequentem meditationem post modum digeratur per frequentem
operationem assimiletur per morum informationem. et vivat postremo
per dilationem. Exhibeatur quod quidam predicatores et doctores moderni quorum
sic doctrina ad alios transferunt ut remaneant vacui. sic tibiana proximis
erogant ut remaneant macilenti. Sibi nequam existunt ut aliis boni.
sciant Non habent nisi parum olei quo vegetantur. sed proximis illud dis-
pensant. Unde non exeunt de plenitudine sed ostendunt de tenuitate
Porro de precepto diligunt proximos ita ut negligunt se ipsos sicut lignum
remanent ut alios calefacient. Consumantur interius et exterius et infectum
dum bullis crepantibus et crepantibus superfluunt superius et exterius
De fine eorum qui volunt adiscere ut sciant tum vanitatem sequitur

Tempus breve est dicit apostolus. Mors sequitur. fugit vita.
omnis dies. omnis hora quod nil sumus ostendunt. Et aliquo
argumento recenti nos admonet fragilitatis oblitos. ut vana
meditationi supervacua destruimus et tempus aptemus in utilibus quod
expendimus in supervacuis. una enim sapientie et salutis perquirimus ne
per devium evagemur. Non est hoc peragendi sed currere. Multi nobis multa
quedam dereliquerunt in libris necdum inventa. Et ut dicit seneca forte
scitum necessaria invenissent nisi supervacua quesivissent. Multum tempus eripuit
dendorum librorum tedio. multum verborum cavillatio. multum diversorum doctorum
opinio. multum subtilitatum disputatio. porro unum est necessarium ut illuc co-
mentem pergamus ubi evadimus rerum fallacias non verborum. et si delectat va-
ria legere tantum ex eis retineamus quantum ad veram sapientiam necessarium est. In-
mamus Reprehensibilis enim est tam ille qui supervacua comparat usibus
suis quam ille qui tempus suum consumit in libris ad finem debitum non ordi-
natis Unde et Seneca plus velle scire quam sit satis. intemperantie genus
est Quatuor milia librorum didimus grammaticus scripsit Miserandus fuisset
etiam eadem supervacua legisse quanto amplius et scripsisse. magnus dicta-
xat impendio operis. magna permissione naturae. verum id nego-
rit teneamus tempori parce. Tempus enim nobis surripitur. etiam eius
partem nobis aufferat infirmitas. partem occupatio publica. partem
privata. partem necessitas quotidiana. partem sompnus. partem in aliis
morem gerimus. et extra nostre rei versamur. quererimus in sillabis et
in verbulis distinguendis et in cavillibus evoluendis et etiam etate
maximus. tunc multa capit. Ipsi hic decepti sunt philosophi quia non vellent
omnia legere etiam usque ad sillabarum distinctionem et quantitatem et proportionem
pretermittendo fractum est ut diligentius loqui scirent quam vivere. Et nemo
miratur de patria homeri querere de vera matre enee et similibus que

magis oportet dedisse quam discere. In hoc errorem multiplicati sunt ut
vacaremus talibus eciam deberemus esse in sapiencia consummati. tamen nil scientes
posuerunt eciam nil sciri posse, verum tanto alimenti suppressisse quanto ad
compescendam famem poterat et debuerat sufficisse. quando ad
lem nos volumus et tamen appetitus qui semper famem dico dico na-
ture nos invenit. Unde cunctis vacantes invenimus ad aliud petit et sacie-
thademia servierunt et sibi adinvicem succedentes doctores. Ex hiis a-
dimi sequitur. Ne multa sicut stomacho ante ingestio succedentes suas prepos-
ritas digesta. Sicut generant mores. sicut multa esca indigesta perimos
humores infectiones et torsiones, utrique igitur in vicio sunt. Et qui
volunt omnia scire, et qui dicunt cum achademicis nichil sciri posse.
Unde Seneca. Nescio facile dixerim utrum magis irascar illis qui
nos nil scire voluerunt an illis qui nec hoc quidem nobis reliquerunt
nichil scire. De fine illorum qui volunt scire nimis subtilia

Quemadmodum si nobis plus in superesset etatis ut dicat Sene-
parce tamen dispensandum esset ut sufficeret necessariis, sic stul-
ticia est in tanta temporis egestate nimia docere vel detinere sub-
tilitate. Multa eciam mala nimia facit subtilitas. dum per ea
impedit veritas, ubi eciam nulla utilitas. Primum patet, si quis philosophorum
dicta consideret. Pitagoras ait: De omni re in utramque partem
disputari posse et de hoc ipso eciam, an omnis res ex equo disputabilis
sit in utramque partem. Nausiphanes ait: Ex hiis que videntur esse
nichil magis esse quam non esse. Parmenides ait: Ex hiis que videntur
nil esse in universo. Si Pitagore credo, Nichil in rerum natura est nisi
dubium. Si Nausiphani, hoc unum certum est nichil esse certi. Si Parmenidi,
nichil esse preter unum. Si Zenoni, nec unum quidem est. Hec sunt que nos
sic lumine eripiunt et oculos vel nobis effodiunt vel ad tegumenta
lumine simplicis veritatis obtundunt. Sed quemadmodum canis frustra panis
aut carnis ore aperto diu captat. quicquid excepit protinus integrum devorat
et semper ad spem futuri anhelat. Idem evenit nobis ut ex aviditate
nimia veterum inutilia cum inutilibus quam superfluis. Et ut exempla
ponamus, Senecam audiamus. Mus sillaba est, mus autem caseum rodit,
sillaba ergo caseum rodit. Quid michi lusoria ista componis, quid ita
Quod pueriles ineptias delineas. Non est iocandi locus ubi inge-
et dampnabiliter defluit tempus. In istis nullo caret periculo, nichil lu-
error si sciuntur, nichil prodest si nescientur. Cum eciam interrogat an cor-
nua habeat, non est tam stultus ut frontem suam temptet. nec tam
ebes ut hoc nesciat, eciam si quis ei subtiliter concludat, sed in hiis sic
culpa dampnum. Sicut in prestigiatorum calculis et abilitatoribus
in quibus dum decipiunt et ipsa fallacia delectant, hec sunt zophismata
que nec ignoranti nocent nec scientem iuvant. Hec sunt que subti-
lius est contempsisse quam solvere. tamdiu tamen in istis morandum est quam-
diu animus nil maius agere debet aut potest. Hec indulgemus etati
in di. Nocent eciam etati puerili si in eis velit nimium immorari.
Et ut has omittamus puerilis ineptias secundum Senecam, discutiamus
partes singulas. Grammatici vocant tota significationum differencias hysto-
rias et metra. Sed hec quid prosunt ad salutem? Quid michi confert
rie ubi ulixes erravit. Confert quidem si facit ne errarem. Dya-
lecticus subtilis est totus laqueus in questionibus et in pugna verbo-
rum. Sed quid michi verborum distinguis similitudines, nos fallunt illas disce-
ne usquam nodos et ambigua significationum verbis alligamus et
dissolvamus. Quid hec michi prosunt. Adulacio similis est amicicie et dis-
tincte quid distare valeam inter amicum verum et iniquum blandum, ut
fortem et temerarium. In hiis magno periculo erratur, ubi vicia sub
virtutum nomine et specie palliantur. Nam eciam moderacio vocatur ignavia,
iam cautum timidum appellant. Unde quod arista nil est subtilius, nichil
tamen inutilius. Rethoricus considerans ornatum ubi magis quam effectum

vi · eo tunc dominus sicut maledixerit ubi non fructum sed tantum folia invenit
Sed non parcit verbis dominus ad deplorandum compositis · nec in modum capre pa-
scitur solius · hec ergo sit summa nostri propositi ut loquamur quod sentimus · quid
loquimur sentiamus · licet in decore verborum sapientiam absconditam Arismetica
numeros docet et avaricie digitos commodat · ad Christus non insistendum computa-
cionibus sed magis ad largiendum elemosinarum manum applicandam invi-
tat Vade inquit et vende omnia et da pauperibus Bona sua que docet
quomodo perdas aut distribuas equanimiter et utiliter proprium · non que dat occasionem
omnem ut acquiras mobilia aliena Musica docet quomodo voces acute
et graves inter se componuntur · quomodo corde rudentes secundum disparem concordem
faciant armoniam Sed utinam me doceret · quomodo indignum (?) sensum et carnem in
concordiam eo quod sensum caro emittat · eo quod carnalia desideria occupat
spiritus acutum · eo celestia contemplatur Inde qui carnem spiritui subicit et sic
ad concordiam redigit · concentum celi dormire facit Geometria docet mensu-
rarum magnitudinem · mallem quod doceret mensuras amoris Profundum
enim est cor hominis et inscrutabile secundum Jeremiam et secundum Senecam
Nichil est quod in mensuram meam non cadat Et secundum Ptolomeum Stultus
est qui ignorat quantitatem anime sue Quid michi prodest scire quid sit
recta linea · eo ignorem quid sit rectum in vita Quid michi prodest scire
quadrare circulum si nesciam quadrare quatuor virtutibus cardinalibus animum
meum · doceat me quid satis est homini Non doceat agellum in partes divi-
di Astronomia docet frigida Saturni sese quo stella receptat Quot si-
gnis celi cillenius errat in orbes Si enim effectus unius ex stellis prevideas
quid licet eo sciam faciunt que naturaliter sunt · licet quas sollicitudines in-
duxit ymo quid restat providere · eo non possis effugere Et ut ego liquor inte-
rim omittamus eo poeta dicamus Si vero solem ad rapidum stellasque
sequentes ordine respicias · numquam te crastina fallet hora nec insidijs
noctis capieris operte · Hee sunt artes quas liberales appellant · que
veritate dicte non sunt · sed animum ad eam preparant Sed una est sola liberalis
que reddit hominem liberum a peccatis · hee tamen artes sunt rudimenta prepara-
toria · et moribus ut magis prestant quasi puerilia elementa Sicud
ad virtutem sine his non preveniunt liberalibus tamen ad virtutem proficere non dicitur
ligna navi nil conferunt · tamen navem homines nisi ex lignis non faciunt
Sic sine liberalibus studijs quidam homines non perveniunt ad sapientiam
ipse tamen non pertinent ad eam Nusquam sunt opera non sunt Sed quem-
admodum qui artem natandi didicit · qui natare novit instrumenta nata-
verit (?) Sic adepta sapientia non sunt huiusmodi necessaria · sed eos magis impediunt
qui ad veram sapientiam iam mente tetigerunt statimque eum indicatur
qui vacat ocio · et hunc dissolvit amicicias Quod non perdidisti habes
cornua non perdidisti ergo cornua habes Illo maxime tempore · eo in muni-
mentum murorum lapides congerunt · eo signum erupcionis hostilis apparet
eo murus suffoditur Quod nobis contingit · qui inter hostes vivimus
et nobis non consulimus Cupite qui cavent perpetue menia clausis serant
muniant portis Magnum in manibus est negocium · domus ardet ignibus
instat a tergo hostes nostri suscitantur ad bellum ¶ Et dicis sciencia de reserviunt (?)

Omnes sciencie vere dicuntur · eo ad theologiam — quomodo theologia a(?)
finaliter ordinantur Nam sicut deus est finis omnium · sic sciencia
que de deo est · sciencia est scienciarum Et quemadmodum Aristoteles hanc sci-
enciam methafisicam appellavit et liberalem eo quod sui gracia sola
existit quia scientiam solus deus habet · qua potior nulla est quia etiam
vocatur sanctorum sapientiam congerunt · cui omnes alias tamquam ancillas et
pedissequas subicit Ista denique quod recte ad unam theologiam · omnes alie ordi-
nantur · alioquin censentur falso nomine sciencie · propter hanc igitur alie sustinentur
et ad hanc finaliter ordinantur Sed in hoc excellencior est divina sciencia
quam alie quia non solum voces · sed eciam res in ea sunt significative Vnde
sicut in eo sensu qui est inter voces et res · una est cognicio vocum Sic
in eo sensu qui inter res et facta vel facienda misteria versatur · una est cognicio

tercia Cognicio vocum in duobus consistit · in pronunciacione · ad quam sola
ptinet gramatica · et significacione · ad quam solam ptinet dyalectica · ad
pronunciacionem simul et significacionem ptinet rethorica · Cognicio rerum consistit in
forma et natura · fforma est in exteriori disposicione · natura in interiori
qualitate · Omnis autem disposicio · vel in numero est ad quam ptinet arisme-
trica · vel in proporcione ad quam musica · vel in situ ad quam geometria · vel
in motu · ad quam astronomia · Ad interiorem autem qualitatem spectat phi-
sica · Omnes igitur artes subseruiunt diuine sapiencie · et inferior sciencia recte ordinata
ad superiorem conducit · Sub eo ergo sensu qui inter voces et res versatur · con-
tinetur hystoria · et ei subseruiunt tres sciencie · s. gramatica · dyalectica · rethorica ·
Et sub eo sensu qui inter res et facta mistica versatur · continetur allegoria ·
Et sub illo sensu qui est inter res et facienda mistica · continetur tropologia ·
Et hiis duabus subseruiunt Arismetrica · musica · geometria · astronomia
et phisica · Parate tamen que licet subtilibus · ut anima seruitute corporis
despecta ad contemplanda celestia sublimetur · et velut a corporis passionibus
exuatur · Unde Seneca · Attollunt subtilitates et leuant animum · qui graui
sarcina pressus · explicari cupit · et reuerti ad illa quorum fuit · Nam corpus
hoc animi pondus et pena · premente illo vrgetur · et in vinculis est · nisi
accessit philosophia · et illum respirare rerum et nature spectaculo iussit · et a terris
ad diuina dimisit · Hec libertas eius est · hec euagacio · subducat interim
se custodie in qua tenetur · et celo reficitur · Sicut enim oculus depressus tene-
bris delectatur in luce · sic animus in obscuro corporis domicilio clausus
requiescit in subtili contemplacione · c · De fine eorum qui adiscunt ut sciant ·
Et de hoc · primo invecto contra illos qui se iactant de sciencia · Et 4 fine
influenciam lucis mercari · non per intellectus veritatem intelligere · De fine
eorum qui adiscunt ut sciantur · sequitur capitulum ·

Sunt qui adiscunt ut sciantur · quos satis dirigit monet superbia
Unde et Tullius tusculanarum primo · Honos alit artes · omnesque
incenduntur ad studia gloria · Hec licet sustineatur in phisicis · repro-
batur tamen in catholicis · Nam ut auis in sacrificio domini
acceptatur · nisi pulmonis vesicula deponatur · Nec per vilem sape qui
in magnis ac mirabilibus ambulat super se · Unde scriptum est · Si de aui-
bus holocausti fuerit oblacio · de turturibus et pullis columbe · offeret eam
sacerdos ad altare · Et sequitur · Et retorto ad collum capite ac rupto vul-
neris loco decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris · vesiculam gutturis
et plumas proiciet prope altare · Hoc ergo deus sacrificium diligit qui more
turturis et columbe gemitum et non cantum edunt pro incolatu vite et
dilacione patrie · Et retorto nimis ad collum capite · sic omnia dei pre-
cepta debemus in scripturis addiscere · ut ea que in verbis diuinis · operando va-
leamus explere · Cum autem corpus suum caput intuetur · quod sibi collum
retorquetur · Sanguinis etiam qui rupto vulnere defluit a corpore ad fun-
damentum decurrat · ut appetitus et amor noster qui a terrenis volupta-
tibus cadit · in xpm transeat · et in ipso amando quasi per magnitudinem
amoris quasi desudat · Vesiculam etiam gutturis proicit · quod inflacio sue
que nascitur de pompa eloquencie excluditur · Hec est sciencia inflatiua
que accepta interius · per verba iactancie perdit exterius · plurime etiam
pitur tam leuitatis studia remouentur · Unde est quod dolemus aliquos
aliorum dicta sibi ascribant arrogancie · Alios autem ut sibi videantur scioli
sua nimis incaute diffundere · quosdam vero aliorum bene dicta tenuare ·
Primum patet · Sic enim Terencius dabat comedias in theatro recitandas
furti arguebatur · Sic Virgilius versus Homeri transferens emeritus compilator
vetum dicebatur · licet aduersarios videret ingenia · maius esse verum
clauum de manu Herculis extorquere · Sic Tullius repetendorum accusabat
Verres reus · sicut in Verrinis a latinis dictum patet · per Verrinis dic-
tenter ad rusticam · Nec inique ad scribendum cito ps... · Et leui ductus
insania · Sic Plato Parisius urbem totius maleuus aliena diste verum
de · qui sua impudenter ingerere · Unde Ambrosius · ad Sabinam · Nescio

quo preter imprudentie caligine que me circumfundit. Unumquemque sua scri-
pta fallunt. Et ut filii etiam deformes delectant sic etiam scriptorem
indecori sermones sui palpant. Hinc etiam fabula dicit omnes besti-
as fetus suos Ioui probandos presentasse. inter quas et simia deformes
natos cunctis risui cum castigari non potuit quin suum ceteris anteferret. In-
genitum est enim animanti omni amare quod genuit. de corde sensus nasci-
tur et amare corda fetus suos adeo ut sepe amicus prudens in conspectu summe
vilitatis tortuosum et prauum et risu omni dignum sensum suum commendare non
erubescat. Verum probat per Senecam in suis epistolis sic dicente. Quosdam er-
go non philosophorum discipulos sed inquilinos voco. qui veniunt ut audiant
sicut in theatrum voluptatis causa ad delectandas aures fabulis conveniunt. De
quibus tertio tractatu huius operis capitulo de ingenio dicemus. et ceteros ut
scientiores appareant nimis accuratis verbis sententiam celant. Multum autem
impendi laboris et operis non oportet sermonis verbis. non delectant verba sed
prosunt. rem potius quam sapientum sermo demonstrat. non queunt gerere medicinam
eloquentem non in naufragio constitutus formosum gubernatorem. Cernimus enim
accurate loquitur nisi qui vult putide loqui. Quem bonum eum volui
tu metum ornamentorum multum nec quem falerarum pulcritudine fefellisti

Invectio contra illos qui se iactant de scientia. capitulum

Sed unde se iactat ignorantia nobis ingenita. ad pauca scimus
de preteritis pauciora de presentibus paucissima de futuris nulla fe-
re dixerim. De ceteris vero preterquam ultimam ymaginem et ignoran-
cie multiplici subiacemus. Et eo maior paupertas apparet quia
quanto quis magis se iactat de scientia tanto minus sciens est. secundum
illud Ysidori de summo bono. Sicut plus radiis deo conspicitur acies
oculi hebetatur. sic qui immoderate alta de se scrutatur ab intentione luminis
obtunditur. Unde tanto quisque sit veritati vicinior quanto se longius esse ab ea
fore arbitratur. hoc enim humilitatis est que deo hominem iungit. et illud
iactantie que oculos quibus deum videri poterat claudit. Sic aquila de
sublimi volat inferius ad escam. Sic homo ex elatione cadit descendit
ad inferius per iactantiam. Et hec est illa iactantia que gestus et cachinnos
prestat tamquam homines anhelantes et premens quo nititur non valentes oberrat
nebulas pergit. philosophorum nomina et eorum libros recitat quasi omnia videat
quid Thales Milesius quid Anaximander apud Anaximenes. Anaxa-
goras Xenophanes Parmenides Leucippus Democritus Empedocles Hera-
clitus Melissus Plato Aristoteles et ceteri quorum nomina utinam sint in
libro vite scripta. nosse se dicit. Et ut dicit Augustinus in libro iiii contra
Julianum. Et eius talium tamquam ad de philosophorum libris didicerit. Iactantie
vanitate subvertitur. procedit ulterius impostura mali. ad sua philateria
dilatant et cum nichil sint aut quasi nichil de se magna extimantes
et se ultra pondus proprium temptantes opiniones suas asserunt et contra
rationem defendunt. De quibus Claudianus in libro de statu anime. Multorum
vitium est arrogantis impietas et pervicax in defendendis opinionibus presertim
opinionibus pertinacia illud multo periculosius quam catholice sanitati opiniones
inutiles stulte accipiunt vane proferunt superbe asserunt cum temeritate scri-
bunt et cum intentione defendunt. Sed id accedit ad stultitie cumulum
quod ipsos preponunt et deum postponunt. Si ipsos enim magnificant de se
iactant. Alii ipsi sunt suum ydolum. De ipsis sancte testimonium non addere-
tur quod scriptum est Tu de te ipso testimonium dicis. testimonium tuum non est verum.
Johannis viii et ii ad Corinthios x. Non qui se ipsum commendat ille probatus est sed
quem deus commendat. Sic galline pre ovis omnes cantant et per cantum
ubi posuerint ostendunt et sic ova posita perdunt. Sed quid habes quod
non accepisti. i ad Corinthios iiii. Si autem accepisti quid gloriaris quasi non acceperis. Scien-
tias nichil est. et quid scis et quod a te ipso non scis. nec aut omnia gloriis
aut inanis gloriis. ipse quod Gregorius ait. Dum celeriter apta studia ne-
cessitate publicantur ut eorum occultatio sit custodia ipsa et eorum publicatio
sit utilitas aliena. Sunt autem multi se bonos iactant. quorum patet malicia

si eam clare audierint. ita in libris patet stultitia que latet nisi esset iactancia. Unde Seneca epistola xlii. Multorum quia imbecilla sunt latent vicia, non minus ausura cum illis vires sue placuerint quam illa que iam felicitas aperuit. instrumenta illis explicande nequicie desunt. Sic tute serpens etiam pestifera tractatur. dum riget frigore. non desunt illi tunc venena sed torpent. Seneca xlviii. Ergo stultitia iactancia eius. et quia non sit iuxta eam vicus eius. Et Hugo in libro de gradibus humilitatis de hiis loquens ait. Querit licentiam ut ad fabulas quiescat. non ut quempiam edificet sed ut sciam iactet. Porro hec Cassiodori xx dicit. Hec fatuorum effunditur. Et non est iactancia de sciencia cum modica sciencia in hac

Scire modica est sciencia in hac vita. sex racionibus ex parte vita parte subiecti. loci. temporis. obiecti et modi. Ex parte subiecti sic. mente hominis obsidet ignorancia veri. voluntatem concupiscencia mali. carnem infirmitas morbi. ut tanta sit in nobis corrupcio quod vix inveniatur. cum racio que in homine racionalis tunc est discernere inter bonum et malum corrupta est per ignoranciam. irascibilis cuius est respuere malum corrupta est per impetum et iracundiam. concupiscibilis cuius est appetere bonum. corrupta est per voluptatem. ut cum racionalis non discernat inter bonum et malum. irascibilis respuat bonum. concupiscibilis appetit malum. Et hec tria vicia animam corrumpencia per tres carnales illecebras contrahuntur ex carne corrupta. Ex hiis nascuntur alie opiniones et multiplicantur errores. Adduntur corporis necessitates et intellectuum tarditates. Unde Augustinus in secundo libro contra Achademicos. In vite huius multis variisque iactationibus sive ingeniorum quodam stupore vel socordia vel tarditate torpencium sive desperatione inveniendi. quia non sic facile oculis ista lux tam facile intellectus sapientie sidus exoritur. sive etiam qui error omnium populorum falsa opinione inventa veritate nec diligenter homines querunt et a querendi voluntate avertuntur. evenit ut scienciam raro paucisque emicat. Ex parte loci patet. Habitamus enim secundum Ysaiam ix. In tenebris et in umbra mortis ubi nec serena cognicio nec perfecta dilectio potest. dicit Augustinus in libro de rudibus kathezizandis. Nunc enim in hac vita nisi in enigmate et per speculum videtur. Nec ipse amor tantus est ut carnis densitatem caliginis penetret mentemque serenam. Unde ut ipsi scriptum est undique quo bis sciunt. Unde sicut dicit Bernardus super Cantica. Plura procul esse contemplacio vere hec est in perfecta libertate. Quemadmodum enim a sinistris tenebris aut intrinsecus in exteriore tenebroso. non cognoscit lumine ita nec nos in hac mundi caligine perspicua videtur. Et sicut incarceratus per fenestram capit radium ad lumen ipsum manuducentem. sic inter medias nostras tenebras scintillat veritas ad quam dum breve gestiunt amplius accedere reverberatur oculus noster et tacetur ne ascendat sic infirmitas. Unde et dicitur nobis noli me tangere. Unde Augustinus in psalmo xiiii. tenebris intendit se animam ut plus videat et nil videt ultra hec quod videt nisi tenebras. unde non videt tenebras que nulle sunt in se. sed videt se non plus videre post se ipse tenebras suas. Cum hec dicit an hac tenebratur oculus eius ulterius intitate sua. aut reverberatur fulgore tuo. Sed certe et tenebratur in se et reverberatur a te utique et obscuratur sua brevitate et obruitur tua immensitate vel constringitur angustia sua et vincitur amplitudine tua. Ex parte temporis patet Regum ii. Breve est et tedio tempus vite nostre. Et post umbre mortis cursus est tempus nostrum. Homo enim natus de muliere brevi vivens tempore. Et ideo paucorum habemus scienciam quia Job viii. hesterni sumus et ignoramus quod sicut umbra dies nostri sunt super terram. Ante diluvium enim homines diutius vixerunt qui ex indulgencia temporis multa scierunt et plures scientias invenerunt. Unde Plinius secundus. Natus magis prius seculi cursus et plurima tempora inveniretur natura fieri cotidie. Et ex brevitate temporis minor etiam est sciencia que tempore indiget et experiencia. Ex parte obiecti patet. deficimus in minimis sicut in maximis. et quod ex parte sumus etiam de mediocribus perfectius

Posteriores cognoscimus non per speciem ipsarum rerum sed ut actus naturales primarios
quos nescimus dicit autem dt damis libro primo c. xv Cognovimus si aliquid
est impossibile secundum sua naturali actione primo sicut in libro de vera religione
dicitur Exceptis solis eterna de creatura aliqua ita cognita non habetur
Ex parte medii patet. Quodcumque lumen adhuc in vobis est. Nam si illud
lumen veritatis immutabiles que sunt in anima secundum quas approbat et videt
unumquodque ipsa videt veritas appellatur sicut legitur vj c. x libri de trinitate
Similiter ex xii° eiusdem libri quod ad illas rationes intelligibiles pervenire est per-
vere primo si nichil tam intime novit mens sicut se ut in x de
trinitate c. ix dicitur Intellectus tamen hominis seipsum non capit ut in
v de trinitate c. j dicitur propter hec et huiusmodi in non monologion .36. ca° legis
quod verius sunt res in suis essentiis quam eas cognoscimus primo confessionum
x probatur quod homo nescit ea que sunt in seipso. Ex his ultimus concludi-
tur quod etiam in via certa discretio malorum non habetur. Impossibile enim omni homini
est quamdiu in tenebris sunt super faciem abyssi iudicium non errare tam in
discernenda rerum qualitate ut in eis qui dicunt bonum malum vel e contra
vel in examinanda quantitate ut in hiis qui dicunt quod maius est minus et e contra
donec ille qui dixit lumen de tenebris splendescere excitat lucem et
veritatem suam. Incipiat lucem a tenebris dividere donec lumen prudentis
et crescat exultet in meridiem. Nunc autem discernimus nescimus inter diem
et noctem per bonorum a malis segregationem. Nec inter noctem et noc-
tem per maiorum a peioribus discretionem. Nec inter diem et diem i. ut
ex bonis meliora et ex melioribus eligamus optima. Nec omnem noctem
dividimus quia unumquodque vicium digna examinatione non pensamus. Nec
omnem diem ut omnium virtutum cumulemus iuxta propriam dignitatem. In
hiis quibus modis de rebus cognoscibilibus capitur iudicium rationis ex
sine influentia lucis increate non potest intellectus veritatem intelligere

Sciendum est adhuc quod intellectus intelligat veritatem tria necessario requi-
runtur scilicet dispositiones ex parte intelligentis et ex parte medii
per quod res intelligitur et ex parte rei que intelligitur. Qui-
bus concurrentibus fit intellectus veritatis in actu. Intelligens quod
ipse intellectus humanus respectu cuiusque conplexitatis de se ad intelligen-
tiam est quadam possibilitate per aliud. Quod ex parte patet tam ex parte ymagi-
nacione secundum se cum unum eius apprehensiones exteriores quam ex parte appre-
hensionis interiores. In quibus omnibus invenitur anima deficere etiam
de se. Primum patet quia si anima non sufficit corpori suo ad vitam quod tamen
vita fit eius actus primus multo magis sufficiet ad sapientiam. Secundum patet
Ysaac in libro de anima dicitur Sicut oculus carnis cum ex natura
habeat facultatem videndi et auris audiendi nunquam consequitur per visum
oculus aut auditum auris nisi beneficio lucis exterioris aut soni. Sic
rationalis spiritus ex dono creatoris habilis ad cognoscendum verum et diligen-
dum bonum nisi radio lucis interioris perfusus nunquam consequitur sapie-
ntiam caritatem. Tertium patet sic secundum Augustinum de spiritu et anima
sensus innatus exterius ymaginatio innatus interius quia concipit
de sensibilibus ratio intellectus autem et intelligentia innata superius
quia sicut in ymaginatione de subditis fantasie surgunt ita in intelli-
gentia desuper theophanie descendunt et appellantur theophanias illumina-
tiones illas que fiunt in mente ex condescensione sapientie divine vel lucis
increate ad humanam intelligentiam et ex elevatione intelligentie in divi-
nam sapientiam. Et licet hic dicantur triplex ad intelligendum sufficiens requiratur
ex parte anime intelligentis vel substantie tamen facultatem et possibilitatem
quandam habet a natura cognitionem autem actualem non nisi ex gratia. Gratia
comparatur anima rationalis quod ymago dei est in se potentiam intelligendi. Accepit
autem rationis per quam et in qua res intelliguntur patet ex dictis quod eam cognitionem
intelligibilem oportet veram esse certam et certam oportet eam esse per
talem modum aut rationem in qua saltem conditiones iam dicte. Quia ergo
oportet eam esse veram ideo intellectus non potest sufficienter intelligere per res

sensibiles quia veritas lux est intelligibilis vel sola mente perceptibilis secundum
Anselmum. vel lux interior secundum Augustinum in libro de vera religione. Dicitur enim
mentem nostram qua diligimus deum et veritatem i. lucem interiorem per quam
illud intelligimus. nulla est interposita creatura. In sensibilibus autem que
sensu exteriori apprehenduntur non est hec veritas interior. Similiter quia
oportet eam esse eternam. ideo non intelligit sufficienter intellectus in natura
mentis sue quam constat esse mutabilem. Similiter quia oportet eam esse immutabilem
non intelligit in habitu mentis sue. Sic enim mali intelligerent quod ipsi
esse agere nolunt. cognoscit autem ergo in aliqua luce super habitum mentis sue
videntes illud. Et hoc est quod dicit Augustinus libro xiiii de trinitate capitulo xv. Impii
multa recte comprehendunt et recte laudant quibus ea regulis iudicant
nisi in quibus vident quemadmodum quisque vivere debeat. neque in sua natura
cum ista mente videantur et eorum mentes constat esse mutabiles. has vero re-
gulas immutabiles. Nec in habitu mentis sue cum ille regule sint iusticie
mentes autem eorum constat esse iniustas. Ubi ergo sunt ille regule scripte. ubi
quid sit iustum et iniustum cognoscit. ubi cernit habendum esse quod ipse non
habet. nisi in libro lucis illius qui veritas dicitur. Unde omnis lex iusta
describitur et in cor hominis qui operatur iusticiam non migrando sed tanquam
imprimendo transfertur sicut ymago et in ceram transit et anulum non relinquit
Ex parte intelligibilis hic idem patet. Excellentissimum intelligibile solus
deus est. Nam cum tria quedam cognoscimus. corpus spiritum et deum. et corpus
sensu. spiritum intellectu. deum intelligencia cognoscimus. quanto nobilior
intelligencia intellectu et intellectus sensu. tanto nobilior et purior co-
gnicio dei quam spiritus cognicio creati. et illius quam corporis. In summo ac
intelligibili sunt per indivisionem essencia virtus et operacio. Essencia est
purissima. virtus actualissima et operacio intima. Est ergo primum intel-
ligibile lumen unum in essencia quod tamen in multa lumina se diffundit
participacione. ut multos illuminatos ad unum lumen reformet. Unde sicut
sol unus est in essencia luminis. et de plenitudine luminis per multiplici-
tatem radiorum varie super illuminanda se expandit. Sic lux increata super
primam spiritualia et intelligencias scilicet angelicas et humanas sub varietate
splendoris multiformi radiorum multiformis virtutis varie illuminando
prodit. Una enim essencia multiplex in efficacia. propter quod dicit Ambro-
O lux meum deus appare in ethere mentis mee super mei cordis
[illegible] extingue in me fantasias corporum et fantasmata vanarum cogi-
tacionum [illegible] plena intelligenciarum [illegible] in vero mentis mee
hac idem patet ex actualitate sue virtutis. Sicut enim lux corporea semper
naturaliter lucet. sic lux increata lucet. de se splendorem emittendo et lu-
cendo illuminat intelligenciam ad agnicionem veritatis que veritas autem intel-
ligibili apparet sub aliquo radio. sed mens tenebris assueta. et non claritatem
contemplatur. trementibus oculis et palpitanti lumine. Et sicut in
lumine solis color non movet visum nisi actu illuminetur a luce. sic nec
intelligibilia intellectum. nisi mediante prima luce. propter quod in libro
de motu cordis dicitur. Anima intellectualis substancia illuminacionum que
sunt per apostolos ultima revelacione perceptiva. Hoc idem patet ex intimitate
sue operacionis. Nam si deus in omni operacione intime agit. eo quod
intimior substanciis est quam forma subiectis earum sibi ipsis. ibi illuminat
intellectum ubi nulla alia substancia attingere potest et ideo si petere intimi-
tatem suam ipse est principium omnis operabilis multo fortius illius
nobilissime que est intelligere ut in hoc sit nobilitas intellectus quod a pa-
tre lucis habet suam perfectionem. Unde Augustinus super canonicam Iohannis. Omne in ii. Sic
magister noster unus est christus ipse nobis intus loquitur. quod nemo homi-
num est. quia si aliquis est a latere tuo. non illius est in corde tuo

Ab hac imperfecta sciencia | Et in patria erit sciencia perfecta
vie suspirans est perfectam scienciam patrie sponsa dicebat. Ap-
prehendam te et ducam in domum matris mee ibi me docebis
Ubi nosse verum. non habebit errorem nec esse mortem nec

velle offensionem. quia secundum philosophum scriptum omnes in conspectu eius
sciemus sapientem quod ut cognoscamus deum. Illuc ergo properet qui doceri de-
siderat ad illum doctorem perveniens et illud apprehendere studeat cum omnes e-
runt docibiles. Ubi nulle tenebre quia ubique erunt filii israel ibi lux
erat. Ubi sciemus universaliter quantum ad subiectum. certitudinaliter quantum
ad perfectum effectum. ineffabiliter quantum ad modum. utiliter et delectabiliter quantum
ad finem et terminum. Erit ergo scientia illa universalis quia cognoscet singuli
singulos et eorum cogitationes animorum affectiones creaturarum conditiones
De primo Anshelmus in libro de similitudinibus et in sermone de bea-
titudinibus Dicit Visi cuncta scient que deus fecit scienda tam ea
que perfecta quam ea que post modum sunt. Ubi a singulis omnes ibi ab omni-
bus singuli cognoscentur. nec quicumque omnino latebit qua patria qua
gente qua stirpe quis editus sit. vel quid etiam in vita sua fecerit
Et Gregorius quarto dyalogorum Sicut mali malos in suppliciis sic boni bo-
nos cognoscent in regno. De secundo scilicet notitia affectionum Augustinus in libro
22 civitatis Si motus cum nostri nunc cognoscentur in oculis probabile
est quod nullus nobis cum latebit cum totum fuit corpus ethereum in
cuius comparatione oculi isti caro sunt. Et Gregorius Moralium libro 18 et 24 Unius-
cuiusque mentem ab alterius oculis corpulentia non abscondet. De tercio scilicet
creaturarum conditionibus Augustinus Anglicus episcopus libro primo de mira-
bilibus sacre scripture Sol in ministerium nostre utilitatis per diem traditur
sed qualem in nocte prestetur exequitur. et nostram scientiam occultat. Lune
xii diebus crescentis et totidem tempore decrescentis. totius vicissitudinis causas
quis intelligere sufficit. maris inundantis tumores considerare permittit
sed ratiocinantes intelligentiam premunt. Ipsi nobis metipsis diem nostre na-
tivitatis scimus et memoramus. diem mortis quando veniet ad certe ven-
turam sit nescimus. Res etiam corporales quas videmus ex parte tantum conside-
rare possumus. ex parte ergo cognoscimus quamdiu in hoc seculo sumus. Sed cum
ad illam lucem patris luminum venerimus. nil in creaturis erit quod
nesciamus. Erit etiam certitudinalis. quia ibi erit infallibilitas ex parte
medii. puritas ex parte organi. et perfectio ex parte obiecti. Primum patet
lux increata medium est cognoscendi in patria sicut probatur viii de civi-
tate dei c. xvii quod deus est medium ad videndum divina. Et in xi libro
c. vii quod cognitio creature clarior est in verbo quam sit in se. De hoc in psalmo
Domine in lumine tuo videbimus lumen. Secundum patet Matthei v. Beati mundo
corde quoniam ipsi deum videbunt. Unde mali non videbunt deum in iudicio
secundum divinitatem. quia non habebunt cordis puritatem. licet quamvis futura
sit iniustis et iustis visio dei quantum ad humanitatem et formam servilem
ut patet in fine primi libri de trinitate. Deus a solis electis divinitate vide-
bitur. quia natura in eis purgabitur. Unde Augustinus ad Orosium In illa
vita caro nulla habebit concupiscentiam adversus spiritum. nichil quod erit ex nobis
quod repugnet in nobis. Tercium patet per Augustinum de civitate dei libro xxii
c. penultimo fieri potest valdeque credibile est sic nos esse visuros mundana
tunc corpora celi novi et terre nove. ut deum ubique presentem et universa etiam
Augustinus corporalia gubernantem per corpora que gestabimus et que conspiciemus quaqua
versum oculos duxerimus clarissima perspicuitate videamus. Erit etiam ineffabilis
Erit enim sine temporis mutacione sine similitudinis interpositione sine do-
ctoris exterius erudicione. Primum patet Apocalipsis x Iuravit angelus
per viventem in secula quod tempus non erit amplius sed nos erimus sicut an-
geli dei. Ideo probatur xiiii de trinitate quod unusquisque videbit omnia in patria
videbit incommutabiliter. Et Gregorius moralium libro xxx. Quia per momenta
temporis explorans deficit. defectum nomine temporis notatur. Unde quod sine fine de-
huiusmodi defectum deficiunt quia visionis intime contemplacione separantur. Nos
autem videntes deum omni mutabilitate temporali et defectu carebimus. quod enim
ipsum quod replet omnia iam per speciem dei verbum videbimus unde tempus erit
in reprobis propter defectibilitatem sed non in electis propter immutabilitatem. Et in xv
de trinitate fortassis etiam non erunt volubiles cogitationes nostre ab aliis in

in alia cruce atque videlicet speculum omnium scientiam veram uno simul videbimus
conspectu. Secundum patet per Augustinum in primo de trinitate exponentem illud
Cant. 1° Murenulas aureas faciemus tibi ponens hanc literam similitudinem
aurifabri faciemus tibi cum distinctionibus argenti. Cum ad usque rex
in recubitu suo est, id est quousque Christus in secreto suo est. quod ad praesentem
sunt ad praesens divinitatis cognoscendae enarrabiles dispensatae similitu-
dinem. Et Anselmus in libro de similitudinibus: Nunc videmus in enigmate
et quasi in pictura ea quae dicimus, veluti pictum solem aut mare videmus.
Solem autem aut mare ad depictum videmus, non sicut est in ipsa re videmus.
Sed vero solem clare lucentem prospicimus aut mare turbulentum aut tranquillum
cernimus, verum sicut est veritate intueri quivis tantum quanta est in se intu-
eri nequeamus. Sic sancti dei in gloria deum videbunt, sed magnitudinem divi-
nitatis eius sine immensitate potentiae illius comprehendere nequibunt. Non
enim immensus esset si comprehendi ab intellectu posset. Ex quo eliditur
error Johannis Scoti in libro Periphision ponentis deum non videri nisi in theo-
phaniis. Tertium patet per Augustinum in libro de littera et spiritu exponentem
illud Jeremie: Non docebit vir proximum suum xxxi. dicens cognosce deum quia
omnes cognoscent me a minore usque ad maiorem. tunc implebitur illud quod
dicit apostolus: Sive prophetie evacuabuntur sive lingue cessabunt sive scientia destru-
etur. Illa scilicet parvitas scientie in qua hic vivitur quae ex parte est per speculum in
enigmate. propter hanc enim nunc necessaria est prophetia cui adhuc succedit futura species.
Propter hanc lingue id est multiplicitas signorum cum ex alio et ex alio ad
et aliis admonemur quod nondum eternam lucem perspicue veritatis mente purgatissima contemplamur. Et in libro xiii confessionum exponens illud Faciamus homi-
nem ad ymaginem et similitudinem nostram, non dicit secundum genus suum sed ad ymaginem et similitudinem nostram. Etenim quippe renovatus et conspicit in-
tellectam veritatem tuam, homine demonstratore non indiget ut suum genus imi-
tetur. Sed tamen te demonstrante probat ipse quae sit voluntas tua quod bonum bene-
placitum et perfectum et docens eum iam capacem trinitatem videre unitatis vel
unitatem trinitatis. Erit enim visibilis et delectabilis. Erit enim in deum intellectus
et indefessus appetitus terminabitur. intellectus quietabitur affectus. Primum patet
per Cassiodorum in libro de anima ubi ostendit quod anima erit in fixa in dei
contemplatione ut nichil aliud libeat cogitare. De hoc satis Augustinus ad Ja-
nuarium et in retractationibus super secundum uniformi dicens: hic opus habet
anima autem se a carnalibus sensibus ad intelligibilia capienda. quia infirma
est et mutabilis ubique simul cavere intentionem suam et in hiis
corporalibus minus illecebra cavenda est quamdiu anima illa ad delectationem
pertinet. Tunc autem tam firma erit atque perfecta ut minus corporalibus
avertatur a contemplatione sapientie et ita sentiat eos ab eis non eis
carendo fiat melior sed ita sit bona et recta ut nec late possint ea
nec comparare. Secundum patet per Augustinum in x de trinitate. Erit Christus apparuit
vita nostra et nos apparebimus cum illo in gloria. quod antequam fiat videmus
nunc per speculum in enigmate, hoc est in similitudinibus. tunc autem facie
ad faciem. Licet enim contemplatio nobis promittitur omnium actionum finis et e-
terna perfectio gaudiorum. Tertium patet sic: Sicut non est quies in elementis
sed in principiis, ita non est quies in creatura donec ad principium suum creata
redierit per conversionem perfectam per assimilationem principio cuius creature deus
tinctus est. A quo impressa est anime ymago ante alius ex natura consistens
in memoria intelligentia et voluntate sicut in triangulo quae est prima figura
generans in potentiis tribus dictis quasi claudens in tribus lineis et confi-
gurans ymaginem trinitatis quibus superadditur ymago recreationis in
tribus virtutibus superinductis fide spe et caritate, primum in intellectu, secundum
in memoria, tertium in voluntate. Sed conformata ymagine et colorata nondum
perfecte existit donec assimilabitur suo principio assimilatione perfecta sed vaga-
bitur sicut materia absque forma ultima que compleat totum appetitum materie.
Ideo necesse est ad hanc quietem obtinendam ut memoria assimiletur summe ma-
iestati in patre, intellectus summe veritati in filio, voluntas summe bonitati

in spiritu sancto quod erit in visione dei per essentiam sicut dicit Augustinus in
primo de trinitate c. viii. Nota eciam quemcumque alium actum ad illius contemplationem
venimus. ¶ De fine illorum qui volunt scire ut ditentur

Quondam sapientie professores contempnebant divitias nec putabant ad
eam sollicitudine posse aliquem obtinere prudenciam. Licet enim stu-
dium sit vehemens animi applicatio ad faciendum vel meditandum ali-
quid, studiosus esse non potest cuius animus voluntate distendi affectione non attendit et
autem in talibus negligens est aut remissus similis est ei qui languenti
appetitu et palato insipido cibos rapit et corpore contradicente gula fasti-
dienti stomacho violenter intrudit. Si enim semel suavitatem sapiencie degu-
stasset, omnia preter illam in fastidium verterentur sicut scriptum est Sap. Super salu-
tem et omnem pulcritudinem dilexi eam et proposui pro luce habere illam
et divitias nichil esse dixi in comparatione illius. Verum quia studiis et
divicijs pariter vacare non possumus nec animam sua dignatur habitatione
sapiencia quam videt infectam desiderijs et curis temporalibus involutam, ad hos
contempnendas ut sapiencia prestatur sufficiunt integumenta poetarum, exem-
pla philosophorum, documenta sanctorum, impedimenta temporalium bonorum. De po-
ete. Verum poete est exclusus totus ingenio nisi cum se carmine solo vexat
et domus cure secure. Sterilia pectora nostra duas non admittencia curas.
Non enim ad sapienciam faciunt sed magis eam excludunt que suum possessorem
non faciunt meliorem. Unde: Istis ostro alipedes pictis que tapetis aurea mo-
nilia demissa pectoribus pendent tecti auro fulvum mandunt sub dentibus
aurum. Ista nec dant nec [illegible] possunt facere meliorem. Sapientissimus
homo sui temporis Marcus Tullius censuit imperator triumphalis viro
contentus erat equo quo vehebatur cuius ab utroque latere pariter dependerunt
quas ipse portabat. Unde eciam cupidus sapiencie vocabitur ut ad poeticam
revertamur in quorum vita et moribus totam insipientiam faciens depingit. Non
enim deest eis unda Tantali, rota Ixionis, urna Belidum,
saxum Sisiphi. Dum inter divitias esuriunt, dum volatibus anxiantur,
dum cupiditate torquentur, dum ad illicita rapiuntur, dum in saccum pertusum
congregant, dum congregando divitias labore continuo et supervacuo
se affligunt ut singula singulis respondeant. Legitur quod Hypodamia quondam
cursu certaminis preciosum aurum retardabat et volabat ad palmam. Licet
rex triumphus obtinuisset multiplices, tandem contemptor auri de vir-
gine triumphavit. Ergo contempne oportet affectum avaricie si vis de
sapiencia triumphare et eam tibi in coniugio copulare. Nunc ad exempla philosophorum
veniamus. Cum pater Democriti filio suo tantas divitias reliquisset qui-
bus exercitum regis Xerxis poterat pavisse, reliquit patrimonium suum Demo-
critus et in discendo et docendo dies suos consumavit studiorum Athenien-
sium [illegible] consumavit in auream paupertatem. Sicut autem Justinus historia-
graphus in 2o libro dicit Xerxes septuaginta milia habuit in auxiliis
ut non immerito proditum sit flumina ab exercitu eius siccata. Et tamen quamvis
omnem exercitum eius vix terre potuisse capere, navium quoque decies centum mi-
lia non legitur habuisse, qui montes deponebat in planum, convalles
adequabat, et quedam maria pontibus sternebat, quedam
vero ad navigandum commodiora per compendium deducebat. Crates
ille Thebanus proiecit in mare non parvum pondus auri. Abite inquit
divitie pessime. Ego vos submergam ne submergar a vobis. Ana-
xagoras cum post longa tempora studiorum in patriam redisset et possessi-
ones quas reliquerat desertas invenisset: Non essem inquit
salvus nisi iste perissent. Verum pietatis fuisse dicit. Nec neminem
studiosum fieri nisi se iudicaverit pauperem expeditum. Quod Seneca
non latuit, ostendens quod viam docet sapiencia ut contempnantur temporalia.
Effuge inquit non propter necessitates huius vite potes vivere sic viam
brevem tibi dabit philosophia. Idem in xvi epistola: Si ad naturam vivas
numquam eris pauper, si ad opinionem numquam eris dives. Exiguum natura
desiderat, opinio immensum. Congerantur in te quicquid locupletes multi possederant

maiora cupe ab hiis dictis Non est philosophia populare artificium nec ostentacione
paratum · non in verbis sed in rebus est · nec in hoc adhibetur ut ad aliqua
oblectatione consumatur dies ut dematur ocio nausea animum format et
fabricat vitam disponit · acciones regit · agenda et obmittenda demon-
strat · sedet ad thabernaculum et per ancipitia fluctuancia dirigit cursum
sine hac nemo securus est Hinc per has documentis sanctorum insistas
quibus plenus est scripture textus · probatur in scripto de timore dei
amor scripture purgat a sordibus avaricie Et in eodem libro circa finem
Notum est amatores pecunie quantis cruciantur et perimuntur laboribus
doloribus qui subdunt a quibus se continent voluptatibus sive
cupiditate augendi pecuniam sive timore minuendi quanta licet
sagacitate serventur et prudentes dampna devitent qui timeat plerumque
aliena diripere aliquid sua sibi ablata contempnat ne repetendo et li-
tigando plus perdant Recte admoniti sumus sic amare sapienciam et
eam nobis thezaurizare sic avidissime cupiamus atque ut nobis
in agris magistris acquiratur nec in aliqua parte minuatur et per sapienciam
molestias et libidines refrenemus et perficiamus in postremo ut vere
ciam sufficienciam qui servemus Idcirco admonemur in libro sapiencie ut queras
sapienciam et non pecuniam Item Augustinus in libro 83 questionum Quamquam
cupiditatem nutriri velit nisi timor minuendis cupiditatibus Est autem cupiditas
amor adipiscendi vel obtinendi temporalia huius minuende initium est dei
timor qui solus timeri sine amore non potest Ad sapienciam enim tendit
et nichil verius eo quod dictum est Inicium sapiencie timor domini Quarto
quantum ad pacis attinet videmus impedita bonorum temporalium qualiter non
se compatiuntur in sine contencione Primo enim occupant homines in pre-
sentibus sui eciam cupere incipiamus vasa in senectute colligere Ut in fine
et labore magno contempnimus nisi a deo eum aut nichil commodi
aut plus incommodi Quedam superbia sunt quedam tanti non sunt
sed ut laborem perdis Sed hec non videmus et gratuita nobis videntur
que carissime constant nostri consenciunt si ista non faceret non essent Seneca
ecclesiam ... in flagiciis unde Seneca epistola ... possidemus aut di-
vicias esse causam malorum non quia faciunt aliquid sed quia facturis
inritant inflant animos superbiam pariunt invidiam conciliant et
adeo mentem alienant ut fama pecunie nos etiam nocitura delectet
Secundo quia assimilat homines vilibus bestiis Omnia enim animalia
quanto celestibus sunt vicinora tanto minus cupiunt et congregant pauci
curant nec constituunt horreum Sed terrestria et reptilia ea congregant
in futurum ideo sapientia congregatur · Dicit illud Boecii Vos quorum ob
vera animalia · terreni licet ymagine vestra pulcrum in sompnio malis celo
quia homines delectant et excellere fecerunt vanis gaudiis Unde
Boecius Quid terrenis gaudiis cupieris quid exteriora bona pro tuis
amplexaris Nunquam tua faciet esse fortuna que a te natura sua
fecit esse aliena Ultimo non nisi valuerit in mores tota pro suis
Sed semper ignibus ethne fervens amor ardet habendi Heu quis
quis fuit ille primus qui pondera tecti gemmas latere volentes preciosa
pericula fodit quia de fine illorum qui voluit scire ut edificet et prelati
magis debent fine priorum attendere Et magis enervari finis
edificatorum horum nichil est Et fine illorum qui volunt scire ut edificent
In labiis inquit propheta peccatum omnia iudicia oris tui Iste est enim
... zelus pro rebus qui est vere fine sinis huius enim Christus in corpore donavit
et viris apostolis dereliquit Dimicavit pro eis et sanctificavit
... habito multiplicavit virus et crevit Et de primo sic Dominus noster
Ihesus Christus eternus eterni patris filius de secretissimo sinu patris de-
scendit in uterum paupercule Virginis matris Dimicavit senectutem sedans

spiritum accipiens. factus est inglorius et virorum novissimus et quasi leprosus
non habens speciem nec decorem. et in hunc non poterat cadere passio penalis.
dolorem sustinuit in humanitate pro peccatis et perditione humani generis. cuius do-
loris non est inventus similis. Cum itaque aut sustinuit in carne. quicquid
fecit miraculorum operatione. quicquid docuit in veritate totum factum est pro animarum
salute. Unde zelus et salus animarum quo non est maius sacrificium. summus
fuit omnium predictorum. hoc dicitur si quis voluerit sectari vestigia nostri
servitii perpetuas solvat formidine tentationis. Unde scriptum est Zelus domus tue
comedit me. Et in signum zeli ostensionem calicis quem bibiturus erat in-
crepare videbatur dilectionem. Hec erat sitis tua domine in cruce qui dixisti
Sitio. cum non tam desideraret humanum potus quam animarum salus sicut scriptum
est Augustini in sitim dicebat condicionem. currebat ad remissionem. Volo ut
sit ille fons irriguus ut ex eo affatim dulcedine hauriamus. quo
carbonum ardentium libidine extinguimus. Et de scriptura sic. Post passionem cor-
poralem(?) et operationem mirabilem Christus migratus ad celum suum. ex eadem
zelo ipse animarum edificationem et salute apostolos doctrina et exemplis suis in-
formatos dati virtute super demones et languores misit eos in mundum
predicare evangelium qui presenti predicaverunt ubique domino cooperante et sermone
confirmante sequentibus signis. adeo ut in omnem terram exivit sonus eorum
Hec enim sunt tube quas in Numeris fecit Moyses. qui ibi per Ysaiam
dominus dicit Clama ne cesses. quasi tuba exalta vocem tuam. hec tulit dominus
Amos ut pasceret gregem. per hoc misit dominus Jonam in Ninivem civitatem
datus est Ezechiel speculator. Vocatur petrus et fiat eius vocatur
Paulus cum persequitur Christum cum superhabundavit iniquitas ubi habundavit et
petrus. Sed quia non poterant apostoli soli portare sarcinam pastoralis officii
ad exemplum Moysi constituerunt pastores cum eis in auxilium laborantes
unum vel duos(?) et omnem ex aperte maiores. non que sua sunt sed que
Jhesu Christi querebant. Uno pacto pro fidei plantatione proprium confirmandis ex-
posuerunt se morti et Christo martires sunt effecti. Igitur apostolis successere
pastores. secuti apostolorum certis vestigiis usque ad effusionem sanguinis pro fide
catholica et salute plebis. et sic patet ecclesia diversis ordinibus corroborata
morum et fidei documentis. Sic enim nocturnum spacium diu decorem sue
tenebram(?) stellarum coruscantibus illustratur. magnus celi decore pagitur(?). Sic
predicantes stellas plurimas in celo ecclesie habuimus et habemus ut inoffensis
fidei et morum pedibus iter nostre noctis ambulemus. Et licet in primo pa-
store Christo pastores omnes quamvis sint unus pastor. et vere gerunt typum(?) pro ius
tamen specialiter prerogativa vicem Christi gerit et personam exprimit summus pontifex
romanus. Cardinales vero gerunt typum apostolorum. Alii vero pastores typum sunt
sanctis apostolis in partem sollicitudinis succedentium qui ecclesiam edificant
per predicationis officium. Et de isto sic. Recessit hic summus populus(?) sermonem stet
quod in solo pane homo non vivit. percusso pastore dispergitur ovium
greges. O acutum est proprie ubi non sunt boves. cum prophetia defecit populus
dissipabitur. Et si aquas dominus continuerit omnia siccabuntur. ideo clau-
sola ad regressionem summus venite comedite panem et bibite vinum quod
miscui vobis. hic est sermo sterilitatis de quo loquitur Joel. hec est
stille pluvie quas providit fieri in tempus auferendas. Hec est fames illa
multorum annorum(?) quod in illa die emissurus est dominus super terram
non famem panis et vini sed audiendi verbum dei. Et pluvia nec ros
nec pluvia super montes gelboe cadunt. ideo post maledictionem aufert
ideo terra peccatorum est terrenis carentia. quia deus super terram non pluit.
Nam sicut dicit Ysidorus in libro de summo bono c. xliiii Pro malo
merito plebis aufertur doctrina predicationis pro bono meritorum audientes tribuitur
sermo doctoris. Tacet enim quandoque doctor. aut quia non est qui se corrigat
aut quia non est qui audiat. Unde testante propheta Lingua tua adherebit faucibus(?)
cesent(?) et non est qui capiat. De quo sic. Secundum proborum sermonum doctrina
bona dabit gratiam. Et item doctrina sua cognoscitur vir et de fructu oris
sui unusquisque replebitur bonis. Verba enim sapientum sunt quasi stimuli et qu

tiam in aliud desiderium efficiunt cum animam in lacrimis compunctionis resolu-
unt. Dicit enim sponsa liquefacta est ut dilectus locutus est ei. Per hoc enim ef-
ficitur a cunctis dum inebriantur sagitte Domini sanguine. per hoc enim ef-
ficitur in spe. quia omnis sermo dei ignitus. clipeus est omnibus sperantibus
in se. Per hanc requiescit in nobis calidus spiritus. fugat Helias propheta pater
ignis et verbum eius quasi facula ardebat. Et in libro sapientie septem
est de quatuor aliis virtutibus sobrietatem inquit et sapientiam docet
et iusticiam et virtutem quibus utilius nichil est in vita hominibus.
Reminiscitur ad vocem predicationis mortui quando ossa aridi audiunt verbum
Domini et revalescit omnis frigiditas quia verbum Domini quasi ignis et
quasi malleus conterens petras. pellit demones. Et est quasi flamma
in hac miseria. quia ad nomen Domini eiecerunt demonia apostoli et
tot discipulorum ardens erat dum loqueretur eis in via. Et nos plerumque
verbum predicationis audit mortuus peccatum et suscitatur. induratus
per peccatum et emollitur. languidus per ignaviam et sanatur. cecus per
ignorantiam et illuminatur. dubius per infidelitatem et confirmatur. sic frigidus
per pusillanimitatem et inflammatur. Unde et verbo predicationis piscatorum apostoli
fere totum orbem terrarum fidei subiugavit. de quo Crisostomus in libro de
laudibus Pauli ait homo ignobilis abiectus et despectus qui
artem exercebat in pellibus tantum virtute progressus est ut vix xxx
annorum spatio et Romanos et Persas et Parthos et Medos et Indos
et Scitas et Ethiopes et Sauromathas atque Saracenos et omne
prorsus hominum genus sub iugo mitteret veritatis.
Et prelati maxime debent fieri predicationis et edificationis attende-
re. Ut neque enim est finis hic discretionis pastoribus et prelatis
Nec eis sufficit qui habent animarum curam ut unusquisque
salvet animam suam. Sed hinc fiunt digni dampnat et se-
cum plures perdit. Unde pater per Gregorium in pastorali expo-
nitur exprobrabiliter quibus sacerdos localis situatione ingreditur
abstinentes dampnationis sermonem. Sed in prelato clericorum et cura animarum
habente predicationis ponitur non audit. propter hec eius assignantur
redditus unde vivat. ut zelo animarum verbo predicationis ostendant
ut pascant verbo exhortationis indoctos. verbo consolationis pusillanimes
et desolatos verbo compulsationis dubios. increpationis rebelles. ex-
hortationis pigros et desides correctionis erroneos. ne sint canes mu-
ti qui propter inertiam latrare non volunt vel propter malam vitam erubes-
cunt. vel propter ignorantiam nesciunt. Nubes inquit Judas sine aqua
quia subditos non irrigant doctrine pluvia. arbores autumpnales que
fructum promittunt et non faciunt. aut si faciunt marcescunt. ad maturitatem non
perducunt. bis mortue. quia mortue in se ipsis et moriuntur in subditis.
Tot enim mortibus moriuntur quot mortiferis peccatis per eorum negligentiam
eorum subditi occidunt. arbores eradicate a manu celestium potestatum.
De hoc etiam in libro de dignitate sacerdotali c. ii multo studio
debemus ponere ut verbum Dei habundanter habitet in nobis. non enim
una intenditur nobis species preliandi. sed multiplex est pugna et que a
diversis inducitur inimicis. Nec vero eisdem demones utuntur armis nec uno
nos aggrediuntur modo et debet is qui est tam multis obviaturus omnium
artes eorum quibus dimicat explorare. Sciat enim uti fundibulis vel
sagittis. aciem quoque ordinare nosse. Lanceis quoque ad opus sint dimicare
et officium ducis implere vel militis. Et infra eodem capitulo Nos que omnium
melius rei auxilium preter sermonis invenias. cum si potentia sacerdos
fuerit destitutus in medio fluctuantium namque latitabunt. anime subditorum
et hec maxime qui infirmiores fuerint. aut acutiores propter quod oportet
illum vehementer admodum ut habeat sermonis facultatem habeat. Hoc est
potius scilicet elevationis quibus hereditaria iure debet carnem et filios
suos. Si enim gentiles contra fidem catholicam insurgunt si iudei si heretici
si lupi rapaces non parcentes gregi. quis canibus aut custodibus omnium

aut tamquam veteranus latentibus aut tamquam ignavis fugientibus defenderet
fidem Christi. Quomodo ergo ad infirmitatem adhibebit remedium cuius aut modum nescit
aut speciem. Certe namque non invadit cultor agrorum nec agriculturam
miles sibi vendicat nec usurpat miliciam gubernator nec curam animarum
ignorans assumere debet quia scriptum est Interroga sacerdotes legem secundum
patet se. Honor enim sanctis non habenti curam pastoralis officii sufficiat
caritate et scripturam literalem sicut scriptum est in apologetico Gregorii Nazanzeni
Dicebam inquit apud memetipsum. Navigent alii et ingenium lucrorum
spe sulcant marina discrimina mihi gratius est supposita solidam terram
scindere exigui respectus sulcis herbam frumenti requirere et in egenis
rebus vitam tenuem ducere quam pergrandia dominia in fluctuum periculis
querere fortioribus quidem et potencioribus dampnum est non officium anim
stare maiora neque erga plurimos exercere virtutes sed in parvis rebus
et modicas cavitatis velut si quis inventi luminis lampade locum
testatur Augustinus. Nec per aliquam rem in sua tamen creata veritate conspicitur verum, sicut corpus non potest conspici in suo colore tamen nisi superfuso extrinsecus solis lumine. Veritas igitur eciam creata ostendit quod est sed non in suo lumine sed in lumine veritatis summe, sicut color ostendit corpus sed non nisi in luce superfusa. Nec hoc est lucis insufficiencia quod per colorem ostendit corpus, cum ipse color non sit lux lucis adiuncta luci superfuse, sed est hec lucis potencia que lux non colorem per se lucentem obfuscat sed non preter se lucentem illustrat. Similiter est potencia lucis summe veritatis que sic illustrat veritatem creatam quod eciam ipsa illustrata ostendit rem veram. Non est igitur lux veritatis summe ad veritates alias sicut sol est ad omnia celi luminaria que fulgore suo obfuscat, sed potius sicut ad colores quos illustrat. Sola igitur lux summe veritatis primo et per se ostendit id quod est, sicut lux sola solis ostendit corpora. Sed per hanc lucem eciam veritas rei ostendit id quod est, sicut color ostendit corpus per lucem solis. Verum est ergo sicut testatur Augustinus quod nulla conspicitur veritas nisi in luce summe veritatis. Sed quemadmodum infirmi oculi corporis non vident colorata corpora nisi per superfuso lumine et tamen scribamus (?) intueri alia luminaria, ipsam autem lucem solis non possunt intueri in se sed solum superfusam coloratis corporibus, sic infirmi oculi mentis ipsas res veras non conspiciunt nisi in lumine summe veritatis. Ipsam autem veritatem primam in se non possunt conspicere sed solum in signacione et superfusione quasi colorum ipsius colorantis veris. Hoc modo puto quod eciam immundi multi summam veritatem vident et multi eorum non percipiunt se videre eam. Quemadmodum si aliquis primo viderit corpora colorata in lumine solis nec unquam deflexisset visum ad solem nec didicisset ab aliquo solem aut aliam lucem esse que illustrat corpora visa, nesciret omnino se sic vel videre corpora in lumine solis, ignoraret quod se videre aliquid nisi corpus coloratum tamen. Mundicordes et perfecte purgati per ipsam lucem veritatis in se conspiciunt quod immundi facere nequeunt. Nemo est igitur qui verum cognoscat qui non aut sciens aut ignorans eciam ipsam summam veritatem aliquo modo novit.

12. Finis ultimus ad quem ordinatur scientia et omnia alia est vita eterna

Differencia quedam videtur esse finium, quia sicut in scientiis et artibus fit subalternacio ut sub militari continetur factrix frenorum, sic omnis scientia et noticia ordinatur ad finem ultimum. Et hic finis vita eterna dicitur, pro quo obtinendo multiplicant labores. Quem perfectus vir semper ante cordis oculos contemplatur, cui finis in tranquillitate cordis aliqualiter prelibatur. Primum (?) Omnes artes et discipline unum finem habent ad quem artifices respiciunt, pro quo dispendia quevis libenter sufferunt. Unde agricola nunc solis (?) glaciem tolerat et terram infatigabiliter arat ut finaliter fructus colligat. Sic negociator se periculis tradit, nulla pericula perhorrescit pre lucro quod finaliter querit. Sed in omni arte et disciplina precedit quedam mentis intencio sive destinacio per quam devenitur ad finem. Sic eciam agricola finem habet proventum fructuum ut secure vivat. Intencionem autem et destinacionem cordis agrorum excitacionem (?) ut sic ad finem optatum veniat. Sic et finis noster est regnum dei, sed destinacio et intencio nostra est puritas animi, sine qua ad illum finem impossibile est pervenire. Nam sicut viam ad finem vie tendentibus labor est itineris non perfectus. Et in hac destinacione velut ad certam lineam cursum dirigimus. Unde apostolus: habetis fructum in sanctificacionem, finem autem vitam eternam. Vocavit sanctificacionem cordis puritatem per quam devenimus in finem. Meditacio ergo in scripturis, paupertas et castitas non sunt una perfectio sed instrumenta perfectionis. Propter hec eciam servanda cuncta liber artis instituuntur, non ut ea ociosa possideantur nec ut fructus habere videantur corpore hec instrumenta habentur, sed ut per ea opus insistendo finis qui queritur obtineatur. Finis eciam melior est his que sunt ad finem. Hic autem finis est vita eterna que non habet finem. Immo ipse quam debet contemplari quia

habet finem. unde si finis boni est secundum virtutem vivere. sicut probatur in
viij° de civitate. ffinis vite humane est eternaliter vivere. Unde in li-
bro de vera religione Augustinus dicit finis veteris hominis. vita vero eterna
novi hominis finis. Et in libro de civitate in fine. Quis est alius
noster finis nisi pervenire ad regnum cuius nullus est finis.
Non tamen ipse habet finem principalem. sed etiam propter cordis puritatem que
ad dictum finem nos dirigit laborare debemus. ut peccandi a passioni-
bus noxiis cor nostrum illesum servare possimus et conservare. Quicquid
ergo per sicut mee mentis puritatem et tranquillitatem turbare
nobis videatur et utile tamen illud debemus declinare. ut mentis
et cordis dispersiones possimus evadere et finem desideratum linea directionis
recte attingere. Propter hoc enim homo ad laborem nascitur. ut sit bonus
agricola spinas ab agro mentis extirpare conatur. ab agro rationis
spinas cecitatis. ab agro voluntatis spinas iniquitatis. ab agro concupiscibi-
lis spinas voluptatis. ab agro irascibilis corporis spinas pusillanimitatis.
Quia secundum apostolum ij ad Thimotheum ij. laborantem agricolam oportet
primum percipere de fructibus suis. Propter hoc igitur universa agimus ut relinqua-
mus parentes et patriam divitias et delicias et honores huius mundi gloria
rimus ut puritatem cordis perpetuam teneamus. Aliud pre-
ter nostrum oculis insitis non sit statutus nisi finis noster. cunctos labo-
res nostros conterimus inutiliter. Nam ut supra dictum. debemus puritatis
mentis habere semper pre oculis sicut instrumentum per quod habetur ve-
ritatis finis. hec est enim linea directa a qua si parum deflexerit co-
gitatio nostra. statim ad eam recurramus in qua cogitationes et opera
inhereat non autem per singulas horas et momenta per intentum valde
imitari. Et ex hiis que intentius accidunt in illum statum qui sibi primus
erit continuo transformari. Unde unus frater ipse est conatus. ista
ad hoc dimitit eos indicatur ab eis infirmum et noxium comminus sed ma-
gnum. Unde Marthe in evangelio Luce dicitur quod sollicita est et turbatur
erga plurima cum unum esset necessarium summum bonum ponendo non in vita
actiua quamvis sit laudabilis et plena fructuosa sed in sola contem-
platione que vere simplex est et una. ideo sequitur quod Maria optimam
elegit sibi malam non actiuam vituperando sed contemplatiuam potius pre-
nunciando que non aufertur ab ea. quia in futuro non est necessaria actiua
sed magis actio cessatura. Et quemadmodum totum laborem et bellica
tela trahentes. artis sue peritiam demonstrare volentes. signum fatiunt
quod telis iaciendo ferire contendunt. aliogui mercedem dictis non reci-
piunt. et quanto plus a signo deviant se magis errare demonstrant.
Ita et in proposito signum finis nostri contemplemur et rectam dictorum
lineam teneamus. Quarto patet sic adepta puritate anime non
est quod eius tranquillitatem impediat. non hostis. non servus non
uxor. non vicinus. hoc est. non dyabolus. non mundus non caro. quod
malus proximus quia et dyabolus vincitur. mundus subicitur et caro affli-
gitur et proximus diligitur. et sic pax ex omni parte habetur. exclusis
et dum tamen se quasi in suis affectionibus est formata semper quiescit
et dulciter dormit. non molliciem paciendo invidiam. hec est
certius puritatiam. non vana pompa que sunt mundana gla-
non tamen duriciem per impaciam. et sic dum introrsus rapitur
quandam inoptatam dulcedinem sentit. De qua Augustinus in fine con-
fessionum ut sicut habitum fuit dicit. Aliquando intromittis me in
affectum multum inopinatum et aliud nescio quid dulcedine quod si
perficiatur in me nescio quid erit. quod vita ista non erit. Et io
telus in fine noni. Si cui sileat tumultus carnis sileant fantasmata
sue terre et aquarum et aeris. sileant et poli et ipsa sibi anima
sileat et transeat se non se cogitando. Sileant et sompnia et ymaginarie

revelaciones. Omnis lingua et omne signum et quicquid transeundo fit et
loquatur ipse solus non per creaturas carnis sed per seipsum ut audiamus
verbum dei non per linguam carnis neque per vocem angeli nec per sonitum nu-
bis nec per enigma similitudinis sed ipsum quem in eis amamus ipsum sine
hiis audiamus. Sicut nunc extendimus nos et rapida cogitacione attingimus
eternam sapienciam super omnia manentem. Si continuetur hoc et subtrahantur
alie visiones longe imparis generis et una hec rapiat et absorbeat
et recondat in interiora gaudia spectatorem suum ut talis sit sempiterna
vita quale fuit hoc momentum intelligencie cui suspiravimus. Nonne
hoc est Intra in gaudium domini tui. Verum quia de doctrine vel sciencie
fine loquentes opus extendimus et prolongamus forsitan ultra debitum operi
suscepto finem et tum imponentes ad plus indulgemus silencio. Trinitati
tamen tanto operis sancti appareat ad sue vel sapie pila in effectivum

Prologus secundi tractatus in quo agitur de doctrina

Ocia longa novorum requirunt exordium. et infectis iam plu-
rium mensium curiis primo negato ocio. multis accidentibus
necessariis inter factis. libet inchoatum continuare tractatum. Et licet
labore retentus. animo remissus. studio dilatus fuerim temporis
intervallo. nunc stilus ad medium revocetur prout indulgencia
lectionum et disputacionum quibus alligor et obediencie lege
constringor continuacio paciatur. Quinymmo prout spiritus sancti gracia suaserit
sine quo quicquid proferimus aut agimus tanquam fabula transit manus. Et
quia intencio nostra extirpare errores et inserere mores et in talibus
exerceri prodendum est de certo stilo magis humili quam subtili continuendam
michi tamen et impingendam certo calumpniam et timet me suscitari h-
lingua maledica. Si seculariter vivencium vicia tangam. mentes offendo.
Et in hoc aliud de meo calamitate sentiendo quod sciens et prudens in
flammam manum extendo. Hec est enim improborum consuetudo. ad vitam suam que
uliue agnosci viderint publicari vel scripture libertate depingi statim
corrodunt et carpunt genuino dente scriptorem. tanquam suorum actuum proditorem
velut arguentem solaris luminis claritatem quia multorum dum suos diffun-
dit radios arguit feditatem. Hii sunt qui commoti carnaliter et maliciam
retinent disputacionis et proprie carent disputantis. Sed hos equanimiter
sustinebit sapiens. Dum magis appetit in pluribus fructum quam in pau-
cis timeat obtrectacionis opprobrium sicut scriptum est Bene pacientes erunt
ut annuncient. Non enim philosophorum sumus alis curiositatis nec scripturis veteris
ut incantacionibus ad angustias pectoris vel in fomentum linadrie. Non
scolastica tamen ut carpamus folia vel verba sterilia. sed catholicam Christi disciplinam
licet me presumptor appetentem radicem sapiencie. fructum vite desiderantem. Et ne
prensciendum est insuper quod exposito et difficilium pertractatio scripturarum
et si non instruit audiencium animum. exercet saltem querentis ingenium
Aut nichil acuit ocium. et tunc solum ad multa convenientia fugit et alligat
intellectum. Et ut ea que continentur in scripti serie facilius occurrant
speciales tituli supponantur. Tractatus iste qui de communione doctrinarum
est in septem partes dividitur. Prima pars continet de doctrina dei. Secunda
de doctrina boni angeli. Tercia de doctrina angeli mali. Quarta de
doctrina hominis pertinente ad lectores. Quinta de doctrina hominis pertinente
ad pastores. Sexta de doctrina hominis pertinente ad predicatores secundum documentum
theorice. Septima de doctrina hominis pertinente ad predicatores secundum experi-
mentum practice. Prima pars que est de doctrina dei quatuor continet capitula
quorum primum est quomodo deus docet angelos simplicissima visione. altissima
cognicione. candidissima revelacione. Secundum qualiter deus docet beatos
in patria ut intelligant que de deo crediderunt. que primus contigerunt
que piccula enigmatice. Tercium quo deus docet homines in via. Ubi con-
sideratur doctoris artificium. doctrine beneficium. docendi exercicium. doctrinis ar-
tificium quia facilis utilis velit docere docet. doctrine beneficium. quia docet
peccatores. iustificat penitentes. pacificat confitentes. sapiam contemplantes

docendi exercicium in lectione meditacione oracione contemplacione Quartum est
de quatuor differenciis illuminacionum pertinentibus ad animas que docentur in
via hec sunt mentis abstraccio abstracte in unum collectio collecte in
deum affectio affecte quietacio etc. Capitulum primum Quomodo deus docet ange-
los simplicissima visione certissima cognicione immediatissima revelacione etc.

Expedito ergo de fine videamus de efficiente hoc est de doctore
Doctor enim est natura intellectualis que recipit in deo in
angelis et in homine Docet ergo deus Exo. iiij Ego in ore
tuo docebo te quid loquaris Et deutro. xxxij Circumduxit
eum docuit et custodivit quasi pupillam oculi sui Docet et
angelus Dan. ix Ingressus sum ut docerem te Ex eius x Michael dicit
Veni ut docerem te que ventura sunt populo tuo in novis-
simis diebus Docet etiam homo cum vult Eciam docete omnes gentes
Ro. ij Qui alium doces teipsum non doces Docet autem deus angelos
sicut dicit gregorius in super omne super primam partem Ezechielis de
non videntes homines in infima etate puericie Cristus anno duodecimo
etatis sue interrogare homines dignatus est in terra qui per divinitatem
angelos semper docet in celo Quia enim ipse est dei sapiencia de ipso
vivendo bibunt hoc est eterna beatitudine saciantur Docet autem
eos simplicissima visione certissima cognicione immediatissima re-
velacione Primum patet de simplicissima visione Non est angeli cogni-
cio collativa ut sicut noster intellectus ita discurrat per singula sed
sicut nos simplici intuitu sine discursu racionis scilicet principiorum cogno-
scimus quod sit principiorum habitus nobis innatus sic se habet ad cognosci-
bilia omnia que cognoscit intellectus angelicus et ad cognicionem principiorum
in nobis sic altissimum nostre sciencie patet quod in summo nature nostre attin-
gimus quodammodo infimum nature angelice Unde dionisius capitulo vij
de divinis nominibus Divina sapiencia fines priorum coniungit principiis secundorum Et
in eo quod angeli neque a visibilibus aut sensibilibus per congregant divinam
cognicionem neque ab aliquo communi ad ista particularia aguntur Et magis
xij Creatura intellectualis sine ullo lapsu ex quo facta est ingenuo
tam excedit omnem vicissitudinem volubilem temporum Et per hoc solvitur illa
famosa questio qua queritur Utrum tempus sit mensura angelorum Dico autem
quod cum in angelis sint tria essencia virtus et operacio Et cum eorum essencia
habeat esse post non esse mensura eorum est evum quantum ad essenciam virtus
autem cum sit media inter essenciam et operacionem Nam in essencia radicatur
et per operacionem declaratur Comparata ad essenciam non habet aliam mensuram
Comparata ad operacionem mutatur secundum quod de operacionibus sentitur Sed operacio
aut procedit a virtute ministrativa et tunc tempore mensuratur et quia sunt temporales
ad tempus emanant Si vero a virtute contemplativa Utrum ergo talis actio est quod
continualis angelice substancie sicut lucere in sole et intelligere in angelo vel
contemplari sic mensuratur evo Si vero egreditur a virtute contemplativa et
actualiter et per post per contemplacionem intenditur et remittitur in angelis
vel prius est aliquando vero desinendo esse sic distinguo ex parte temporis quia
si tempus dicat mensuram motus secundum prius et posterius prout illa mensura super
motum motus super magnitudinem et continuum fundatur sic non mensuratur tempore quia
non est ibi continuum sed substancia simplex et eius operacio simplex Si
enim a priori et posteriori in magnitudine prius et posterius in motu et
a priori et posteriori in motu prius et posterius in tempore necesse est quod illud
careat motu et tempore quod caret magnitudine Si vero sit ibi abstrahere racionem
continui et maneat prius et posterius aut successio tunc mensuratur tempore illa
actio et est ibi nunc post nunc sicut in unitate et punctis Nam unitas
actum nat innati sequitur unitate sine medio intermedio Similiter punctus punctum
sine linea intermedia Similiter in proximo nunc aliud nunc immediate sequitur
sine tempore intermedio continuante quod fundatur super continuum Et hec est ymagina-
tio quam in hac ponimus patri nos corrige ad meliora indicandum

etiam ad primum de simplicissima visione quam sicut dicit Augustinus in ultimo de
civitate. hoc omnem scienciam nostram uno sic fortasse videbimus conspectu. quod
si dabitur nobis. Non negatur angelis. Secundum patet de certissima cognicione
sicut enim probat in ix de civitate c. xxii Angeli boni nunquam falluntur in
sua cognicione. demones autem sepe. vident autem boni angeli creatorem et in
ipso creaturas non creaturam per creaturas sicut in libro v super gen. Et in v.
de consideracione Bernhardus. Invisibilia per visibilia cognoscuntur a creatura
mundi. Sed quod opus est scalis tenenti iam solium. Creatura celi illa est
presto habens per quod pocius ista intueatur. videt verbum et in verbo facta
per verbum nec opus habet ex his que facta sunt factoris noticiam mendicare
Neque enim ut vel ipsa noverit ad ipsa descendit que illa ibi videt ubi
longe melius sunt quam in seipsis. Et xi de civitate c. xxix Omnia hec aliter
in verbo dei cognoscuntur ab angelis ubi habent causas racionesque suas. secundum
quas facta sunt. incommutabiliter permanentes aliter in seipsis. illa certe cla-
riore hac obscuriore cognicione velut artis atque operum. Tercium patet de evidencia-
tissima revelacione. Propter id quod in eodem c. dicitur Angeli sancti non per verba
sonancia deum discunt. sed per ipsam presenciam incommutabilis veritatis. Et sicut pro-
bat Augustinus in xiiº confessionum Ista est immediate creatura angelica doctori suo
quod eidem coherens nulla variatur mutabilitate sed requiescit in sola dei
contemplacione nec aliqua nec alitur nec quatitur ad se nec ante angelicam
nam nec in ipsa tempus invenitur nec ullo modo a dei presencia alienatur. et
ideo non mutatur. Unde in xiiiº confessionum. Laudent te supercelestes populi
angelorum tuorum qui non habent opus suspicere firmamentum hoc et
legendo cognoscere verbum tuum. vident faciem tuam semper. et ibi legunt
sine sillabis temporum. quid velit eterna voluntas tua. legunt eligunt et diligunt
semper legunt et nunquam preterit. Eligendo enim et diligendo legunt ipsam
incommutabilitatem consilii tui. Non clauditur codex eorum nec plicatur li-
ber eorum quia tu ipse hoc es illis et es in eternum. quia super hoc firmamentum
tu ordinasti eos quod firmasti super infirmitatem inferiorum populorum ubi suspi-
cerent et cognoscerent misericordiam tuam temporaliter enunciantem te qui fecisti tempora
De primo modo docendi Exo. xxiiii Dictum est moysi quod ascenderet in montem
et ibi habetur quod edoctus est a domino. Et sapie. vii Omnium artifex docuit
me sapiencia. Est enim in illa spiritus intelligencie. Est enim intelligencia
simplex mentis aspectus. Unde intelligencia vocatur angelus. De secundo
habetur xxii Magister scimus quia verax es et viam dei in veritate doces
Beate in veritate. quia vident in verbo incommutabilem veritatem. sicut dicit
in octavo libro super gen. Et ideo sicut differt videre lineas quando in-
tellectu conspiciuntur et quando in pulvere scribuntur. et iusticiam in veritate incom-
mutabili et in animo iusti. Ita dicior est cognicio creaturarum in dei sapiencia
tanquam in arte qua facte sunt quam in ipso opere. Unde ipsa melius et verius no-
runt in deo seipsos quam in seipsis. et quam nos ipsos sumus noti nobismetipsis
ut in xiº de civitate. De tercio Johannis viº Erunt omnes docibiles
dei. Et illud Johel iiº letamini in domino quia dedit nobis doctorem
iusticie. Licet enim sciunt omnia angeli que pertinent corporum beatitudini. tamen
multa sunt que ipsi nesciunt. sed in speculo eternitatis illa addiscunt. Unde
Hugo de angelica ierarchia c. vii audivi quod a beata virgine et a ipso christo hu-
manitate eius sunt angelis superioribus multa receperunt que antea non cognoverunt
Nesciunt enim de natura sua angeli boni sive mali interiora nostra occul-
ta nec ea novit nisi ille solus qui scrutatur renes et corda. Cognoscere
tamen possunt per signa in nobis forinsecus exteriora. et motus sive qua-
litates apparentes interiorum declaracionem. sicut dicit Augustinus ad Nebridium Arbitror
omnem motum anime aliquid facere in corpore. In huiusmodi ergo que non possunt percipere
docentur ex revelacione. sicut speculum dignatur eis ostendere. Docet
etiam verbum in presencia ut intelligant que de deo crediderunt que proximis contigerunt

Docet etiam verbum in presencia ut intelligant que que pericula evaserunt
de deo crediderunt. que proximis contigerunt. que pericula evaserunt
De primo patet per illud psalmi Sicut audivimus sic vidimus in civitate

dom̄ vtutū. Contra ne ergo videmus nunc per fidem · videbimus in patria per speciem. Unde xx de civitate c. xxi. et xv de trinitate c. xxvi. et in libro de kathezizandis rudibus manifeste probatur quod quecunque de deo in via per fidem creduntur · perfecte in patria cognoscentur · ymo sicut xxv ho de trinitate c. xv probatur · multo clarius eum videbimus quam nunc eius ymaginem que nos sumus. Contra ut de Jeremie xxi. Non docebit ultra vir proximum suum et vir fratrem suum dicens cognosce dominum. Omnes enim cognoscent me a minimo usque ad maximum ait dominus. Hec est enim vita eterna ut cognoscamus deum · patrem et filium et spiritum sanctum. Ad hunc doctorem sponsa supplicans ait Cantici primo Indica mihi quem diligit anima mea ubi pascas · ubi cubes in meridie. Unde Bernardus · ubi nullus malorum incursus · nullus hostium impetus · nullus dolus · ampla domus · letus refectus · immensus serenus lucidus et excelsus · nec tenebre luce indeficiente et reluente. Ibi doctorem scientia didicisse · post depositionem eius corporis · statim videtur doctor ille ab amabilibus sanctis. Unde Cyprianus ad fortunatum de exhortatione martyrii sic ait Quanta est felicitas cernere hunc letum exire de presenti vita et angustias gloriosum · claudere in momento oculos quibus homines videbantur et mundus · et aperire eosdem statim ut videatur deus et Christus. Tamen hic advertendum est quod a sanctis non sic videtur deus ante resurrectionem sicut videbitur post resurrectionem. Unde Augustinus xii° super genesim. Dubitandum est utrum a carnis sensibus mente rapta · et post mortem carne deposita · et superius etiam similitudinibus corporalium · non sic videre possit sicut angeli vident · sive alia latentiori causa · sive ideo quia inest eis naturalis quidam appetitus corpus administrandi quo appetitu retardatur quodammodo ne tota intentione pergat in celum. Quando non subest corpus · cuius administratione appetitus ille conquiescit. De libro de similitudinibus Anselmi. Tunc iusti cuncta scient que deus fecit scienda tam ea que prius quam ea que postmodum fient. Ubi a singulis ibi ab omnibus singuli cognoscentur · nec quemquam omnino latebit qua patria qua gente · qua stirpe quis editus fuit · vel quid etiam in vita sua fecit. Et secundum beatum Gregorium · post huius corporis sarcine depositionem mali cognoscent bonos · et boni malos · et boni bonos. Sic ergo boni sciantur · cui dictum est recepisti bona in vita tua · et eterne lazarus a reprobo divite cognitus est · qui mitti postulatur ex nomine dicens Mitte lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam ut refrigeret linguam meam. In qua re cognitione utriusque partis cumulus retributionis excrescit · ut boni amplius gaudeant quia secum eos letari conspiciunt quos amaverunt · et mali dum cum eis torquentur · quos in hoc seculo despecto deo dilexerunt eos non sola sua sed etiam eorum pena consumit. Fit autem in electis quiddam mirabilius quia non solum eos cognoscunt quos in hoc mundo noverunt · sed velut visos ac cognitos recognoscunt quos nunquam viderunt. Nam cum antiquos patres in illa eterna hereditate viderint · eis incogniti per visionem non erunt · quos in opere noverunt. Quia enim illic omnes communi claritate deum conspiciunt · et quid est quod ibi nesciunt ubi scientem omnia sciunt. Iª Johannis ii. Unctio docebit vos de omnibus · id est Christus qui interpretatur unctus. Ubi doceantur mortui quid agitur vivi. Unde Gregorius exponens in moralibus illud Job Sive nobiles fuerint filii sive ignobiles non intelligit · sic ait Sicut hi qui adhuc viventes sunt mortuorum animas quo in loco habeantur nesciunt · ita mortui vita in carne viventium post eos qualiter disponatur ignorat · quia et vita spiritus longe est a vita carnis. Et sicut corporea et incorporea diversa sunt genere · ita etiam distincta sunt cognitione. De animabus tamen sanctis illud non credendum est · quia que intus dei omnipotentis claritatem vident · sic foris aliquid quod ignorent [illegible]. Sed carnales quique quia amore propinque filiis [illegible] pendent · hoc eos libris vero nescire postmodum appareat · quos hic vehementer

amaverunt. et si nobiles sive ignobiles sint filii nesciant quorum eos semper
cura fatigabat. Licet enim mortui nesciunt quid agatur vivi per naturam cog-
nicionem. scire tamen possunt vel per animorum recitationem vel per angelorum revelacionem
vel per divinam contemplationem ut dicit Augustinus in libro de cura pro mortuis agenda
dicit confitendum est nescire mortuos quid hic agatur a vivis. sed postquam
factum est possunt audire ab eis qui hinc ad eos a moriendo pergunt non omnia
quidem. sed que sinuntur indicare. que sinuntur ista etiam meminisse. et que
illos quibus hec indicant oportet audire. Possunt etiam ab angelis qui
rebus que hic aguntur presto sunt audire mortui aliquid quod unumquemque illorum
audire debere iudicat ille cui subiecta sunt. Nisi enim essent angeli
qui possent interesse vivorum et mortuorum locis non dixisset dominus ihesus
Contigit mori inopem. et illud ferri in sinum abrahe. possunt etiam spiritus
mortuorum aliqua que hic aguntur que necessaria sunt eis nosse non solum pre-
terita vel presentia verum etiam futura spiritu dei revelante cognoscere. sicut non
omnes homines sed prophete dum hic vivebant cognoscebant nec ipsi omnia sed
que illis esse revelanda dei providentia iudicabat. Christus autem est qui docet
qui cathedram habet in celo capit enim mebria sua docet, sicut dicit
Augustinus in libro de disciplina christiana Ad cuius doctoris scolam suspira-
bat ysaie ii dicens Venite ascendamus in montem domini et ad domum
dei iacob et docebit nos vias suas. hoc est enim sabbatum in quo christus
docebat publice marci vi Cepit ihesus in sinagoga docere et multi audi-
entes admirabantur in doctrina eius De tercio scilicet ut intelligant que proficiant
ad salutem per augustinum in libro de similitudinibus dicit ut in dei lau-
dibus et qualiter considereris. semper de quarta in presencia sua eius eciam
coram hominibus Et Julianus pomerius ex sentencia augustini sic ait cum
enim attinet ad saciam vacacionem. merces unicuique preciosorum malorum erit
quantum autem ad experientis sensum precius erit maior Nam et peritissimus
medicus sicut arte scitur. omnes fere morbos corporis novit. sicut autem
corpore sentiuntur. plurimos nescit quos ipse passus non est Unde augustinus
in fine libri de civitate Si se mysticos utilibus suis. quod sicut dicit
ps. mias domini in eternum cantabunt. luce iiii Egressus ihesus in virtute
spiritus in galileam docebat in sinagogis eorum et magnificabatur ab omni-
bus quia laudatur a sanctis qui liberati sunt a temptationibus ps. laqueus
contritus est et nos liberati sumus Job xxv Deus qui dedit carmina
in nocte. qui docet nos super iumenta terre. et super volucres celi erudit
nos Ascendens enim sanctorum visitatio cuncta despiciant. et sub se labi cer-
nunt supersit quicquid presit contemplantur et quasi in quodam vertice vitae con-
stitute tanto sibi omnia subesse conspiciunt quanto semetipsos verius an-
teri omnium sciebunt Et unde cuncta tristendunt unde creatori cum creatorum va-
le se humilitate subsistunt. sicut dicitur xxvi moralium Et si hoc verum est san-
ctis in via quid erit de sanctis in patria qui eternam tenuit per noctem qua
evaserunt, sicut in libro lucis aperiunt et in luce tenebras deprehendunt

Docet homines in via ubi consideratur doctoris artificium docere subtiliter docendi

Docet etiam deus homines in via Circa quod tria nota sequuntur, Sexagesimum

Primum considera doctoris artificium doctrine sufficiens et docendi
exercitium doctoris artificium. quia docet facilem utilem velut deum
De primo doctrina scilicet quia docet faciliter quia doctrina sapiencie
spiritualis informatio magis eius qui docet sicut prelatum habent non sicut scribe
et pharisei Non enim indiget in doctrina experimento et vere. non laboriosa a-
liorum multitudine luce xii Nolite solliciti esse qualiter aut quid loquamini
spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora quid vos oporteat dicere De
secundo Ysaie xlviii Ego dominus deus tuus docens te utilia non sterilia
non inutilia non noxia vel vicia De tercio Job xviii Ego palam locutus
sum mundo. ego semper docui in sinagoga et in templo quo omnes iudei
conveniunt Et marci ii Omnis turba veniebat ad eum et docebat eos
Omnes enim docet magister qui intus loquitur sicut vii capitulo in glosa et
viii de cumbe c. iiii dicit Nam ipse illuminat omnium hominum mentes

in hunc mundum quidem in se est nec tamen omnes homines illuminantur. De quarto
Luce viii° docebat discipulos suos quod oportet filium hominis multa pati. Que-
qualiter eum docebant turba et discipuli. Unde in x° confessionum dicit ubi-
que presides omnibus consulentibus te simul quod vides omnibus eam diversa consulen-
tibus liquide tu vides sed non liquide omnes audiunt. Et in eodem ostenditur quod
veritas eam vere apparens illi muta est et illi loquitur ymmo vero omnibus loquitur
sed illi intelligunt qui eius vocem acceptam foris intus conferunt cum veritate. Unde
in libro contra faustum dicitur quod diverse fistule ab eodem spiritu diversimode
inspirantur. Consideret etiam doctrine diversitatem quam sapientia viii° de sobrietate
et sapientiam docet et iusticiam et virtutem quibus nichil est utilius in vita homi-
nibus. Docet enim ignorantem peccatorem iusticiam penitentes prudenciam proficientes sa-
piam contemplantes. De primo Thob. iiii Thobias filium suum ab infancia
timere deum docuit et abstinere ab omni peccato. Et Levit. xv. Docebitis filios
israel ut caveant immundicias et non moriantur in sordibus suis. De secundo
Osee x. Tempus requirendi dominum cum venerit qui docebit nos iusticiam.
De tercio ii Reg. xxii Docens manus meas ad prelium et ponens quasi
arcum ereum brachia mea et prudentiam habet in quadam dulcedine quia vir
sapiens non frangitur in tribulacione sed exercetur in ipsis. De quarto
ps. Dirige me in veritate tua doce me. Et Ysa. xxviii. Quem docebit sci-
enciam et quem intelligere faciet auditum ablactatos a lacte avulsos ab ube-
ribus. Sed econtrario docens carnem meam non prudenciam sed imprudentiam
avaricie non iusticiam sed cupiditatem, spiritus non paciam sed pusillanimitatem intel-
lectus non sapientiam sed curiositatem. De primo Apoc. ii Balaam docebat Ba-
lac mittere scandalum coram filiis israel edere et fornicari a vanitate gule
et libidinis. De secundo Mich. iii Principes eius in muneribus iudicabant
et sacerdotes eius in mercede docebant. De tercio Math. v. Qui solverit unum
de mandatis istis minimis et docuerit sic homines minimus vocabitur in re-
gno celorum. De quarto ii ad Thim. iiii Erit tempus cum sanam doctrinam
non sustinebunt homines sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros
prurientes auribus et a veritate quidem auditum avertent ad fabulas autem
convertentur. Consideret eciam docendi occasionem. Si enim vis a deo spiritualem scilicet
viam sapientie a deo edoceri, notandum est te in lectione meditacione oracione
contemplacione per dona que exerceri. Hec enim familiari sunt doctori de quo
nunc agimus. Et specialibus discipulis familiaria sed ignota carnalibus.
Ut enim ait Hugo in v. doctrine sue lectio prima dat intelligentiam
dat secunda meditacio consilium prestat tercia oracio petit tandem contem-
placio invenit. Et de doctrina que est in lectione Deut. xxxi scribite
vobis canticum istud et docete filios israel ut memoriter teneant in eodem
scripsit moyses canticum et docuit filios israel. Et secundo ii paral. xvii
docebant populum in iuda habentes librum legis domini. De secundo i Esdre
vii° Esdras paravit cor suum ut investigaret legem domini et faceret et do-
ceret israel. Secundum enim Hugonem meditacio est quedam studiosa mentis ad inve-
stigandum diligens intencio. De tercio i Reg. xii Absit hoc peccatum a me
ut cessem orare pro vobis et docebo vos viam rectam et bonam. Illa
in oracione devota recipitur unde populus instructus erudietur. Unde in oracione
conversus ad deum psalmista dicebat benedictus es domine doce me iustificaciones tuas.
De quarto Neemie viii Abiit populus ut comederet et faceret leticiam ma-
gnam quia intellexerunt verba que docuerat eos. Et in ps. Secundum faciem tuam
illumina super servum tuum doce me iustificaciones tuas. Ex quibus duabus
auctoritatibus habetur quod homo in vicio recipitur hoc scilicet quia doctrina per con-
templacionem accepta magnam exultacionem et illuminacionem in anima. De hiis
in tractatu de forma docendi. De quatuor dispositionibus illuminacionem precedentibus
ad animas que docentur in via. Hec sunt simplicitas abstractio. Abstracte
in unum collectio. Collecte in deum affectio. Affecte quietacio. Sequitur

Ad hanc igitur illuminacionem quatuor sunt necessaria. Mentem enim illuminandam
oportet ab aliis abstrahi, abstractam in se uniri et colligi, unitam
in deum affici et affectam quietari et quodammodo sisti. De primo patet

Mens racionalis quasi in orizonte duorum mundorum sensibilis et intelligibilis
inferioris et superioris collocatur. Animans corpori ut est forma secundum esse. De-
o vero ut est forma secundum essenciam. Et habens supra se lucem eternam supereminentem
ei quam tangit quasi a vertice cum erigitur ad regionem lucis. Cum vero
inclinat se ad corpus et inferiora intrat in regionem tenebrarum et vertice
inclinato ad terram more pecudis inclinatur et quasi sopitur. Propheta: Illumina
oculos meos ne umquam obdormiam in morte. Propterea quod eam oportet
abstrahi ab omni faculencia, hoc est a delectacione peccatorum, alligacione corporum,
conturbacione negociorum, ymaginacione sensibilium simulacrorum, que omnia
mentem gravant et obtenebrant et ita replent quod animam iam nichil [?] capere
aliam inspiracionem prohibent. Propter quod dicit Aristoteles melancolicos
esse magis ydoneos ad huiusmodi illuminaciones naturales, quoniam illa complexio
magis abstrahit a multis impedimentis, a delectacionibus carnis et tumultibus
mundanis. Anima enim corpori unitur et multe alligacionis cum eo
corporis passionibus consopitur et obiectu carnis pariete non potest radios illuminacionis
percipere. Et secundum modum abstraccionis apparet modus choruscacionis
et scintillacionis ut dicit Augustinus in libro de cathezizandis rudibus. Totum
inquit quod intelligo volo ut qui me audit intelligat, et sencio me
non ita loqui ut hoc efficiam, maxime quia ille intellectus quasi rapida
choruscacione perfundit animam, illa autem locucio tarda et longa est longeque
dissimilis, et dum ista volvitur, sed iam ille in secreta sua recondit.
Et infra: Nec amor tantus est ut carnis destructa caligine penetret
intimum secretum. Unde utique fulgent ista que dixerunt. De hoc patet Dionysius:
Omnis patre moto manifestacionis luminis processio in nos optime ac large
proveniens iterum ut unifica virtus restituens nos replet et convertit ad congregantis
patris unitatem et deificam simplicitatem. Motus patris est affectus
paterne pietatis, ex quo procedit in nos illuminacio, nos implebus [?]
et unicus et adimpleto continentes [?]. Est enim lumen illud virtus unifica
dispersos colligens et uniens et convertens nos qui per dissimilitudinem fugimus [?],
multitudine divisi simplicitate perversi. Sic enim radius solis nos reducit
ad solem et ille illuminacionis nos unitos in nobis reducit ad creatorem.
Debet ergo se primum in unum colligere et ad se intrare qui vult habere illuminacionem.
Unde Baruch iiij: Convertere Jacob et apprehende eam, ambula
per viam ad splendorem eius contra lumen eius. De isto patet quod mens abstracta
ab exterioribus et unita in se intuetur se. Et cum sit ymago dei videt
deum in se, primum enim speculum ad videndum deum mens est racionalis cum sit
ymago dei expressa. Et tersa cum speculo et mundato et dum diligenter inspecto
incipit ei quedam divini luminis claritas interlucere et quedam inspectiva [?]
visionis radius oculis eius apparere. Psalmista: Signatum est super nos lumen
vultus tui domine. Et ex huius luminis visione mira admiracione in se dilatatur
ad videndum lumen quod est supra se ut [?] et incipit in quadam flamma
desiderii deum videndi, et ex summa intencione qua afficitur in deum flamme
unitur deo per amorem qui est unio amatis et amanti. Et sicut ad flammam
intensam sequitur lux serena, ita ad illam delectacionem et affectionem sequitur
illuminacio et intellectus qui aufert velamen ignorancie ab eo sicut flamma
undique fieri. Unde est quod ad secretorum laudacionem [?] melius proficimus devocione
quam investigacione. Quarto patet quod cum anima sit abstracta et unita
et in deum affecta familiariter loquitur ei et docetur ab eo, sicut Moyses in
monte et caligine docebatur a deo. Psalmista: Nox illuminacio mea in deliciis
meis. Nox ista caligo est divina quando mens ociatur ab omnibus actibus
applicacionis [?] quantum est ex parte sua et est in actuali ignorancia omnium creatorum,
nec est alicui creature unita nec sibiipsi, sed est in summo desiderio in deum
extensa secundum supremum secundum desiderativum et tunc sue unita deo, et hic excipitur
a radio divine illuminacionis sibi apparente luce et intellectualiter separata [?]
ti divinis in illa caligine et ei se revelat sicut nominat deus et dignum.
Et huiusmodi illustracio dicitur mistica theologia christianorum, hec est ad deum
sermocinacio secretissima et secundum Dionysium Sap. Ubi est delectacio summa et contrario [?]

de celesti ierarchia capitulo primo

ꝑfectam. prout est in via. Isa. lx. Surge illuminare ierusalem quia venit lumen tuum
et gloria domini super te orta est. Hec autem illuminationes que dicte sunt. in actu
suo sunt. quando lumen illud videtur in quo alia videntur. ¶ Tercia pars secundi tractatus

Postea que prelibata sunt de doctrina dei. sequitur pars secunda que est
de doctrina boni angeli continens quatuor capitula. Qualiter angelus bo-
nus docet alium angelum. In quo consideratur doctrine origo ordo modus
et finis. Qualiter angelus docet hominem per revelationem interiorem. in quo
consideratur revelationis ministerium eius subiectum et modus. ¶ De subiecto et
modo angelice revelationis et subiecto multiplici et modo multiplici

¶ Qualiter angelus bonus docet alium angelum in quo consideratur doctrine origo etc.

Docet igitur angelus bonus alium angelum. Ad cuius doctrine consi-
derationem videamus quatuor doctrine huius originem ordinem modum et finem.
Origo fundatur super divinam revelationem. Ordo super distinctam
eorum actionem. Modus super institutionem intelligibilium. Finis vel
tum sit super reductionem et conversionem. De primo sciendum divina virtus omnibus
se communicans omnia replet et omnia latet. tamen illa quibus illucet et sup-
illucet quia incomprehensibilis est. tamen summis angelis in eam magis ex-
tentis. luminis claritatis copiosius infundit et per ipsos lumen inferioribus se-
riatim distribuit. prout capacitas eorum recipit. sicut radius solis naturam
transpiciendo penetrat. et ex inhabilitate medii minus distributionem sui luminis
manifestat. Sicut etiam videmus in calore ignis. qui propinquiora sibi magis
calefacit. Sic deus qui est illuminationis principium et lucis sue fulgorem primo
deducit in primis angelis copiosius quam in aliis et per eos inmediatores
alii participant influentiam divini luminis sicut probat dionysius xiii capitulo de angelica
ierarchia. Est igitur omnibus illuminatis principium. unus quod est illuminans deus
quidem natura et vere et principaliter ut luminis substantiam et ipsius esse et vide-
re causa. Natura dicitur quia non ab alio. Et vere quia in seipso. Et principaliter
eternalis susceptibile per lumen. Aliud exemplum ponit hugo in libro de unitate et uno
Quemadmodum si tres vel plures fenestre vitree una post aliam contra radium
solis recte disponuntur in ordine. secunda minus suscipit luminis quam prima et
sic per ordinem usque ad ultimam fit defectus luminis. non propter lumen in se
sed propter elongationem fenestre vitree ultime a lumine. Sic etiam in unitate
propter descensum eius a primo monade et originali ad inferius fit degradatio
sue simplicitatis et unitatis sue virtutis. Et similitudine aque que in
ortu suo sit tenuis et clara nascitur. sed paulatim deorsum defluens in pa-
ludibus spissatur et obscuratur. De secundo sicut patet in tercio capitulo de
angelica ierarchia omnis operatio angelorum est ordinata. Unde superiores docti-
na influunt inferioribus. Inferiores autem ordines nichil influunt superioribus.
Unde in psalmo xxiii ubi dicitur Quis est iste rex glorie. Intelligitur quod su-
periores angeli in ascensione domini docuerunt inferiores aliqua incarnationis
misteria. Sed quod superiores inmediate a deo doceantur. dicitur Ysaie lxiii
Quis est iste qui venit de edom tinctis vestibus de bosra. Et quo
intelliguntur summi angeli inter se conferendo et admirando illud dicere. quia
non percipiebant predicando dei gratuitam revelationem ipsam integraliter. ideo
post mutuam collationem a deo inmediate eos docente audiunt responsionem Ego
qui loquor iusticiam sicut patet in vii capitulo dionysii de angelica ierarchia. Et
sicut illi homines edocti sunt qui christum inmediate audierunt et magis quam
illi qui mediantibus apostolis aut discipulis aut aliis doctoribus didice-
runt. Ita in angelis. clarius illuminantur qui in deum inmediate extenduntur
quam qui mediantibus ipsis a deo illuminantur. et per superiores illuminantur inferiores
et ad hoc patet exempla que multa sunt in biblia. Nam zacharias primo promittit
dominus restaurationem captivitati babilonice. quod primo uni de superioribus an-
gelis revelatur. qui audiens verba bona et consolatoria. de restitutione capti-
vitatis audivit iussu a deo et ille inferiori divinum consilium retulit et ille
illi zacharie denunciavit. quod ~~tunc~~ illa ierusalem reedificaretur et ab hominibus
civitas

habitaret. Unde patet quod discretio ordinis a deo ad angelum supremum ab illo ad in-
feriorem angelum ab illo inferiori ad prophetam a propheta ad multitudinem. Secunda
sicut colligitur ex ix et x capitulis Ezechielis. Cum deus quandam visionem revelare
voluit prophete iudeorum, primo hoc signavit cherubin quod revelavit, deinde viro
vestito lineis. Et per virum vestitum lineis qui designat angelum docentur sex
viri habentes in manibus vasa interitus qui quidem signant alios in-
feriores angelos. Docentur enim facere de puniendis iudicium et de salute
signo crucis in frontibus signatorum. Super quem inquit scriptura Thau.
Videtur etiam ordinatio ista Danielis viii° capitulo quod unus angelus tamquam
superior clamat Gabrieli tamquam inferiori ut faciat Danielem intelligere
visionem. quia deus docuit illum superiorem, superior autem inferiorem, infe-
rior autem Danielem et Daniel plebem sic dicitur in ix capitulo Ierarchie eiusdem.
Nec solum superiores docent inferiores in suis ordinibus immo in eodem ordine
se se docent eiusdem ordinis prout ierarchia eius que facta per hierarchiam
... et angelorum congregatio in tres ierarchias dividitur. Quelibet autem
ierarchia in tres ordines. Quilibet ordo in tres partes continendo primas medias
et ultimas virtutes immo quilibet minus angelus habet in sua singularia pro-
portionaliter primas et medias et infimas ordinationes. Et quod dicitur Ysaie vi
unus seraphin clamasse ad alterum plurime secundum Ieronimum x capitulo Celestis
quod ille qui clamavit per eum cui clamabat edocebatur. Nec solum hoc est
in angelis sed in intellectibus humanis secundum conformitatem eius angelis.
Intelligitur ergo hec triplicitas trina in intellectu humano ad similitudinem eiusdem
triplicitatis que est in angelicis consortiis. Habet enim quilibet intellectus
primo ut adiutus gratia fervet amore cum seraphin. Lucet scientia
cum cherubin et spiritualis existens diiudicat omnia cum tronis. Habet
et secundo ut dominetur cum dominationibus et fortis sit cum virtutibus et ordi-
natus cum potestatibus. Habet et tercio ut principetur cum principatibus et nunci-
et inferioribus cum angelis et participando nunciet et nunciando principetur
cum archangelis. Ordines autem istos ierarchias possunt aliter ...
be assignare sed plurima pro studiosorum auditore et quia non videtur
... ad propositum plurime. De tercio sic. Secundo dicitur. Non indiget
angelus lingua et auditu sensibili. Non sermone sensibili non
profert sed sine sermone prolato sibi invicem consilia et intelligentias
tradunt. Unde glosa super illud I ad Cor. xiii Si linguis hominum loquar
et angelorum sic ait linguas angelorum vocat nutus vel signa quibus
mandatos angeli minoribus significant ea que de dei voluntate primi sentiunt
Unde credo quod angeli habent proprietatem sermonis intelligibilis quo indicant
affectus suos et intellectus de rebus quorum cognicio non erat in eis a
principio. Nec est idem in angelo loqui quod intelligere vel cogitare
sed cogitatio vel intentio quedam luminositate irradiante alii exprime-
re. Audire angelum loquentem nichil aliud est quam eius cogitationem vel
intentionem videre. Et quod non exprimitur non semper ab aliis videtur vel
intelligitur nisi ab ipso angelo loquente voluntate eius exprimitur. Unde
dicit quod locutio angeli est cogitatio directa per voluntatem ostendendi
alii. Sed hec est locutio angelica secundum naturam suam in qua communicant
boni et mali angeli. Alia vero est locutio per gratiam secundum Victorinum
speculi sive motoris supremi in qua communicant angeli boni et anime
sanctorum unicuique eorum relucescit intellectus vel voluntas alterius
secundum representationem speculi et voluntatem ipsius supremi motoris.
Et licet omnibus representetur in speculo non tamen omnes equaliter a speculo
recipiunt sed quidam plus quidam minus secundum dignitatem recipientium
et secundum voluntatem ipsius speculi quantum dicit cui vult quod vult. Non
enim omnes angeli vident omnia in speculo sed hec plena revelacio
reservatur plenitudini glorie quando consummabitur corpus hominum in iudicio fu-
turo. Ad intelligentiam autem predictorum de mutua locutione angelorum
qui sunt lumina intelligibilia ut dicit Iohannes Damascenus valet ex-
emplum de luminibus corporalibus ubi sunt tria lumina vel plura videntur

esse radii omnium commixti in aere. sed probatur esse distincti in essentia per hoc quod si subtraheretur unum illorum luminum, subtraherentur omnes radii ab illo procedentes. similiter si secundum lumine subtraheretur, et similiter de tertio. quod si esset ibi vera commixtio, nullo modo possent radii unius luminis separari ab aliis sine mutatione eorum. Unde patet eos esse distinctos secundum essentiam. Si ergo quodlibet illorum luminum haberet voluntatem liberi arbitrii, posset radios suos coniungere vel infundere aliis quando et quibus vellet, et abscondere quando et quibus vellet. Sic ergo celestia illa lumina cum sint voluntate liberi arbitrii predita, secundum voluntatem suam illuminationes suas sive sermones intelligibiles intimant quibus volunt et celant quibus volunt. Sic patet quod unus angelus potest intentionem suam alii manifestare et celat aliis. Sed unde provenit hec occultatio ita ut non in illu- provenit occultatio in substantiis spiritualibus. Dico quod ex libero arbitrio, quia sicut corporales substantie corporalibus habent aliqua velamenta quibus se latentes aspectibus occultant, sic in spiritualibus proprie intelligentiis est esse, et hoc maxime accidente divina voluntate. De quinto sic. Dicit Dionysius libro tertio de angelica ierarchia: Ierarchia est ordo divinus, scientia et actio dei forme quantum possibile est similans, et ad inditas ei divinitus illuminationes proportionaliter in dei similitudinem ascendentes. Hec est profectus et intencio angelorum, reducere semper inferiorem in deum ut magis et magis purgati et illuminati et perfecti per amorem assimilentur ei prout possibile est eorum receptibilitati. Necessaria est enim intellectuali creature purgatio. Nam impura non recipit illuminationem, et tenebrosa non potest habere operis perfectionem, quia in tenebris ambulat, nescit quo vadat. Necesse est ergo si impura est creatura intellectualis ut homo, quod ab impuritate mundetur. Si vero impuritatem ab initio non contraxit sicut angeli, hoc est ei purgari ne incidat in impuritate. Consummari autem est per virtutes activas et speculativas cognitionem imbui perfecti. est per operationem secundum consummari. Anima ergo superiores inferiores purgando illuminando perficiendo in deum reducunt. Voluntate sua eis similes omnes deum appetunt in quo legitur. Hanc autem intellectualem creationem stabiles et attenti semper ad eterne sapientie spectacula extenti prout convenit eorum capacitati. et hoc per fortitudinem amoris divini a quo nulla perturbatione deflecti vel etiam retardari. et sic suas intelligentias in deum et suos nutus in invicem extendunt et perficiunt et ad dei imitationem conformantur. cum superiores semper appetunt et de eius lumine lumine recipiunt et per se retalefacientes se recalescunt et regiunt non per accidens recipiunt sed ad originale principium redeuntes ut subiecti talibus sicut patet ex vii capitulo angelice ierarchie. Et ad evidentiam predictorum nota quod locutio angeli appellatur nutus quidam intelligibilis quo inclinat alium subiectum vel applicat se ad eum ut manifestet ei suam voluntatem. Species enim intelligibilis primo est in intellectu angeli secundum quod eam cognoscit. Secundo est in eius affectu secundum quod etiam eam afficit. Tertio species que sic concepta est et etiam quod sic afficitur inclinat angelum ut eam alii manifestet. et tunc habet angelus voluntatem manifestandi eam. et illa species prout est sub voluntate manifestandi dicitur verbum. Dicitur etiam nutus. Sed dicitur verbum per similitudinem verbi nostri interioris, nutus per similitudinem verbi exterioris et vocalis. ut sicut vox nostra est vehiculum verbi interioris ad alium, ita ibi nutus vehit ad alium ipsum verbum. et sic species ipsa prout est sub actu manifestandi quasi exterius suo modo vehit seipsam prout erat interius sub voluntate manifestandi. Unde idem est nutus et verbum secundum essentiam sed differunt ratione alterum et alterum. Et sic intelligo locutionem angeli prout ipsa species primo est in ratione conceptus, secundo in ratione affectus, tertio in ratione verbi exterioris. Differt autem locutio angeli a locutione nostra in hoc quod locutio angeli habet manifestare quid velit et quidem illud cui loquitur ad attentionem. sicut

ingerit dicit et suum. Non sic est in locutione humana, sed in voluntate au-
dientis est ut se avertat vel ad convertat ad audiendum. ¶ Qualiter angelus
docet hominem per revelationem interiorem in quo consideratur revelationis misterium tempus.

Docet etiam angelus hominem per interiorem revelationem. Consideratur igitur in hac doctrina circa bonum angelum revelationis misterium, tempus congruum, subiectum et modus. De
primo sic. iiij^to de angelica ierarchia. Lex per angelos nobis data
est. Gal. iij. Sed et inclitos ante legem et post legem patres nostros an-
geli ad divina reducebant, vel agenda introducentes et ad rectum vivendi
ordinem de errore et via exorbitati reducentes, vel ordines sacros vel
misteriorum supermundanorum contemplationes visiones vel divinas quasdam prenuncia-
ciones subcelestium manifestantes. Et licet ergo dicatur divina locutio moy-
si vel prophetis, tamen hoc fiebat per angelos administratores, sed auctori divina
ratio eam verius attribuitur agenti cum ministerio, utroque simul agente.
Angeli etiam sursum ducebant ad deum contemplandum et in celestis rationibus
voluntatem eius agnoscendum et hoc faciendum, et hec revelabant ipsis pa-
tribus nostris, ut Abraham ante legem, Iosue et Gedeon sub lege,
Cornelio post legem. Revelabant etiam ordines et ordine vite angeli-
ce que erant in mundo archetipo descripta .i. in divina mente. et etiam
archana misteria que sunt supra omnem investigationem rationalis creature.
Nec dico quod eos illuminarent interius, quia hoc est dei solius. Unde revelat
extrinsecus suo ministerio sicut homo docendo. Unde super illud ps. Da michi
intellectum ut discam mandata tua, glosa. Solus deus dat intellectum,
et si aliquo ministerio angeli utatur. Ita enim etiam angelus dicitur dare intel-
lectum homini sicut quispiam dicitur dare lumen domui qui fenestram facit,
cum tamen sua luce non penetret vel illustret. Sic ergo illuminat angelus appa-
rendo intellectum ad illuminantem gratiam. Sicut enim malignus spiritus qui-
busdam nebulis erroris obstruit omnes meatus intelligencie, sic econtra
bonus angelus, illas nebulas erroris removendo, aperit intelligencie me-
atus ad recipiendum lumen veritatis et radio lucis divine, quo interveniente
surgunt cogitationes bone. Raro autem fit revelatio aliqua .i. nisi fiat an-
gelico ministerio. Homo enim tunc fit revelatio si est perfectus ut quando absolu-
tus vel cum prius sit a corruptione carnis et coordinatione affectionis, apparet
ei in quadam choruscatione lux divina sine ministerio angelico, ut in Pau-
lo qui vidit deum in raptu, sicut angeli de tercia ierarchia, sine velamine
corpulencie scripture vel figure. Apud enim lumen creature a deo receptum
in ipso lumine audit deum lumine primum in psalmo. In lumine tuo videbimus
lumen, in quo et rationibus certius cognoscitur divina intellecta et credibilia ma-
nifeste. Ad quam perfectionem requiritur ut primo vivat anima secundum perfectionem
in virtutibus politicis, deinde secundum perfectionem in speculativis, tercio secundum
sapientiam que est summa speculativarum et est cognitio divinorum. Et inter vi-
ventes secundum hanc vitam ille maxime est perfectus in genere hominum qui non
per figuras et enigmata deum videt, sicut dicitur xij Numerorum de Moy-
se. Primo non tantum est homo sed supra hominem, quia efficitur in conformi-
tate et assimilatione societatis angelice. Iste est ergo perfectus cui non fit reve-
latio per ministerium angelicum. Si vero non sit perfectus, reducitur ad cognitionem
dei per ministerium angeli, sicut radius solis primo se expandit ad media
et per illa transit ad alia ut dictum fuit etc. Sic divina lux primo descendit
in primam ierarchiam et prima in secundam, et secunda in terciam, a tercia iera-
rchia in animas rationales, que participant mente spiritum angelicum tercie et infi-
me ierarchie, divine essencie ratione purgationis, illuminationis et perfectionis.

De secundo sic. Tempus congruum revelationi tempus est excessus mentis aut
compunctionis. Et de excessu mentis qui fit devotione, admiratione et exultatione
satis loquitur Richardus in libro de contemplatione. Frustra enim homo ad
illos theoricos excessus nititur nisi divinis revelationibus admonetur, ad
quos eo provenit tanto familiarius menti se deus aperit etc. Non patet primo in
devotionis excessu Gen. xviij. Apparuit dominus Abrahe sedenti in convalle

mabre in ostio tabernaculi sui in feruore diei. Cumque leuasset oculos ap-
paruerunt ei tres viri / Per tabernaculum mens · cuius egressus dicitur quando
mentis excessus · ad extra nos ipsos s. extendimur / vel ad intra nos descendi-
/ vel ad supra nos leuamur · Calor autem diei feruebat · quando deus Abrahe
apparebat · et in ostio sedebat · quia otio et contemplationi vacabat et feruebat
in eo desiderium veritatis estuabat · et sic duo concurrunt in hoc excessu mentis
qui ex deuocione consurgit · immensitas feruoris · et nouitas reuelationis
quia dum celestis desiderii mens incendio vritur · radius diuine veritatis
ei per angelicum ministerium reuelatur / Et ascendit in desertum sicut virgula fu-
mi ex aromatibus mirre et thuris · Per hunc fumum intellige deuote
mentis desiderium procedens ex caritate · sicut fumus ab igne · quia super se
ascendens · et deficiens se quasi desertum facit · et sicut ignis liquorem vase
euertit dum ipsum modo in vnam partem · modo in aliam · modo deorsum modo
sursum attollit / Et cum vas ex modico liquore per ebullicionem ab infimo
vsque ad supremum repleuerit · cum violencia quadam · intima vasis euacuans
agitatum liquorem eicit et foras effundit · et ab infimo vsque ad summum
procedit · sic mens amoris igne succensa · feruens et estuans · et ignorantie
rebellans carnis vicia · et multa caligine Donec ab infimis repulsa et
aliquantulum extenuata trahitur ad summa · vbi facta in extasi mentis
lumine rapitur reuelationis · et sic in statu deuocionis sentit actum reue-
lationis / Hoc idem accidit in admiratione · vbi perfunditur nouo lumine
in Canticis Que est ista que progreditur quasi aurora consurgens / Aurora
vera lux noua tenebris mixta · quia dum in excessu mentis est [illegible]
imitatur lucem subitam cum tenebris mixtam · quia mens videt quod non
vix credere valet · vt simul sint lumine reuelationis et tenebre ambigui-
tatis · et sicut aurora paulatim eleuatur · eleuando dilatatur · dilatatur
de claritate / Donec per incrementa sua in defectum terminatur · terminatur autem
primo in diem / hoc est · non vt iam non sit · sed vt iam non sit aurora
primo lux clara · terminatur et in noctem · vbi ita deficit vt nec aurora
nec etiam lux sit / Sic in isto mentis excessu qui ex admiratione procedit ·
frequenter accidit · quia cum aliquid noui nobis ostendit · illud mirantur · et
admirantes diligentius attendimus · et attendentes plenius cognoscimus
/ Crescit ergo ex admiratione attencio · et ex attencione cognitio · et dum
ex tali cognitione plenius illuminatur · in quendam super mundanum apparatum
et affectum · a se ipso penitus deficiens transformatur / Deficiens dico · sed non
ita vt non sit intelligentia · sed vt iam non sit humana · a claritate in
claritatem tanquam a domini spiritu lucem illam speculando in eandem yma-
ginem gloriose transformata · et sic aurora consurgens deficit in diem per ta-
lem claritatem · et in noctem nichilominus deficit · dum a statu suo mens
tota liquescit / In figuram huius · regina austri · dum s. talibus regionis
succensa desiderio regis videndi Salomonis · ad eundem accessit · interrogat
attendit · obstupuit · videns sapienciam regis nec vltra spiritum habuit · Hec
est mens sancta · sensibus et appetitibus carnis non subdita · inuestiga
de virtutibus amore succensa · querit et audit quia inter orationum suspiria
et desideria diuina ex reuelatione cognoscit quod ex propria industria scire
non sufficit / Et nota ordinem · que sunt / et audiunt · postea vidit et intel-
lexit · tandem obstupuit · et defecit · hiis enim gradibus subleuatur
animus humanus · dum a meditatione assurgit in contemplationem · a con-
templatione in admirationem · ex admiratione in mentis alienationem / Et
addit quod regina hec · in hac reuelatione dicitur non habere spiritum / et in
reuelatione Iohannis legitur quod ipse fuit in spiritu / Sed quid sint regiones
vnus siue spiritus / aut Iohannes in carne fuit in spiritu · aut quo spiritus
in spiritu / vere spiritus siue spiritu / Sed hoc est spiritum in spiritu esse · semetipsum
in se totum colligere · et illa que citra cerebrum vel in carne geruntur
penitus ignorare / Sed spiritum esse siue spiritu · est se ipsum extra se · et super
se totum effundere · et que sub eo vel in eo sunt · interim ignorare et
in diuinitatis arcanum totum intrare · et sic spiritus se ipsum non habet · quando

incipit a seipso deficere et ineffabili transfiguratione ab humano in divinum transire ut
iam non sit ipse sed ita deo adhereat quia qui adheret deo unus spiritus
est cum eo, hoc est in montem domini ascendere et claritate transfigurationis eius
videre. Hoc idem accidit in extasi exultationis. Unde in Cant. viii Que
est ista que ascendit de deserto deliciarum affluens innixa super dilectum
suum. Et Ricardus: de deserto mens ascendit quando supra se in alienatione transit
et in vino desiderans et usque ad celum prosiliens spiritualium gaudiorum pleni-
tudine affluens, et infusa ubertate celestis interne suavitatis letitia
totam se divinis immergit. hoc est ergo de deserto ascendere supra seipsam
ire et humane possibilitatis metas transcendere, et tunc totis spiritualibus
deliciis affluere. Innixa inquit super dilectum ut secundum Rich. de sancto
victore Cogitemus puellam teneram et delicatam, inpotam in multa deliciarum
affluentia educatam et multo vino madidam quasi in cellam vinariam intro-
ductam et torrente voluptatis potatam. Cogitemus quod pre nimia teneritudine
vix possit incedere et pre nimia ebrietate non noverit viam discernere. hec
super dilectum se inclinat, qui et eam sustentat et ei viam aperit qua
vadat sustentatur quia in nullo alio delectatur. sustentata procedit quia
in seipsa deficiens vadens sequitur revelationibus que aspirat. [illegible] etiam
sompnium. unde et revelatio in Num. xii Si quis fuerit propheta domini inter
vos, in visione apparebo ei vel per sompnium loquar ad illum. Quod etiam
quod naturaliter [illegible] libris, ut patet primo ex libro primi de naturali philosophia
ad visiones Cosdre regis persarum etc. Sic anima futura consequenter pre-
videt et que a se agenda sunt aut aliis necessarium presignare. Separa-
tur a corpore melioribus operationibus et virtutibus cumulata, speculationi-
bus [illegible] preparata facta et a nullo corporali perturbata contemplatur purius
et perfectius sicut futura. Unde et provida per sompnium est. Secundum
Algazelem in sua phisica dicitur in tractatu de causa vero visionis, quia dormitio
est retractio spiritus ab exterioribus ad interiora. Spiritus autem est subtile corpus
compositum ex vaporibus humorum, cuius sedes cor, et ipse vehiculum vir-
tutis vitalis et animalis, per quam virtutes sensibiles et motive transeunt
ad sua instrumenta. Unde si aliud obstruxerit cursum suum per nervos quibus
ministratur sensus, destruuntur sensus et sequitur stupor et morbus cadu-
cus. Iste autem spiritus mediantibus arteriis diffunditur ad exteriora corporis.
Cum igitur in sompnio quasi totus ad interiora reducatur, et quiescunt
sensus, remanet anima libera ab occupatione sua circa sensus et cum inve-
nerit se liberam sine impedimento, nata est coniungi substantiis spiritua-
libus. Et sicut resplendet forma que est in uno speculo in alio specu-
lo sibi opposito claro, ita fit in proposito nisi quod speculum male sit clarum.
Speculum autem spirituale quod est angelus revelat prout est beneplacitum eius
voluntati. Tertio per platonem et socratem qui dicunt sompnia esse imma-
gines et visiones per angelos. Unde plato dicit esse in aere quasdam sub-
stantias spirituales que inclinant animas. Sed quocumque hoc fiat sive dicantur
sompnia vel insompnia, vel visiones, vel fantasmata, vel oracula, certum
est quod anima tunc est habilior et promptior ut ei fiat ab angelis revelatio
instinctu, et ei a deo originaliter. lumen enim divinum quod est simplicissimum
et universalissimum et virtute efficacissimum, non est proportionatum ut recipiatur
nisi in maxima serenitate et specificetur per cognitionem ad lumen angelicum
quod est magis contractum et menti angelice proportionatum. Tertio secundum philosophos
hec revelatio fit sicut in vigiliis duabus de causis. una est quia anima
est ita fortis quod non impeditur a sensibus, sed ipsa sua fortitudine dilatatur
ad speculandum superiora et inferiora. Sicut enim aliquis adeo fortis
est ut simul possit scribere et loqui et loquentem intelligere. Alia causa est
cum siccitas et calor ita dominantur complexioni quod homo sit meditativus propter
dominium melancolie, et alienatur ab hiis que solent apparere sensui, et
tunc aptis oculis fit stupidus et turbidus, absens ab eo quod videt
et audit. hoc autem contingit quia spiritus debilis est ad extendendum ad exteriora (exeundum)
et talibus aliquando fiunt revelationes, licet nesciunt quid dicant, ut sunt

"et caduci demoniaci / et aliqui alii / Naturales autem moderni ponunt aliam
causam revelacionis in sompnio dicentes / quod lumen radiale stellarum quali-
tatis est influxa elementis et in ipso sunt virtutes superiorum motorum que
derivantur ab uno in aliud successive / sicut secundum ordinem ierarchie ordi-
nacionis in angelis influencia procedit / et hec forma influxa operatur
virtutes secundum convenienciam quam invenit in diversitate materie / ut quando
inveniet ad vitam corpoream / quandoque ad vitam animalem / sicut dicit quod forme
celestes euntes ad nos movent fortissime corpora nostra et imprimunt
suas virtutes licet non senciantur propter exteriorum tumultum / Unde quando fit
alienacio a sensibus et maxime in sompnio percipiuntur motus earum et
causa similitudo quedam / Anima autem ymaginativa ad quam pervenit motus
huius forme recipit motum huiusmodi sicut sibi possibile est / Unde querit formas
simulacrorum quibus explicetur talis forma / Sicut carpistes querit
formas quibus explicetur amor libidinosus et ad operacionem talium ymagi-
nacionum inclinat forma celestis in racionis sompniantis et movens eam
et facit vires corporis et anime sibi instrumentaliter deservire sicut fit in
materia quam movet ad alteracionem et generacionem / et ideo talibus instrumen-
tis multiplicantur eciam multa simulacra / sicut in materia multiplicantur eciam
multa agencia sub ipsa et tunc fit sompnium multarum dictionum et figurarum
in quibus demonstratur talis forme explicacio / Et est exemplum in forma
artis que est prima operis et non procedit in materiam nisi artificiali multis
utitur instrumentis et hec movens animam artificis movet virtutem
ad ymaginandum figuras omnes convenientes ad hoc ut in artificium pro-
ducatur / Sed nos theologice loquentes huiusmodi ad plus totaliter modum non
recipimus / nec iste modus ponit revelacionem universalem / Nos autem prosequi-
mur conformiter / Naturalis autem revelacio differt a conformi / primo quia natura-
lis procedit ex consideracione causarum creatarum / ista autem ex dignacione
divina et ministerio angelorum / Secundo quia naturalis non se extendit nisi ad eos
determinatas in natura sed revelacio se extendit ad omnia / Tercio quod
illa sit fallibilis / ista infallibilis / propter quod prophecia in qua est revelacio
propria dicitur divina inspiracio rerum eventus immobili veritate denuncians
Divina non a causa naturali causata / Rerum eventus quantum ad omnia futura
contingencia / non tantum quantum ad ea que habent causas determinatas in natura
Immobili veritate denuncians non mobili varietate / Concedo tamen quod per
naturam anima est habilis ad recipiendum impressionem corporum supercelestium
in quibus preparata ad aliquos futuros eventus quos sua subtilitate pre-
videt / per hoc quod ex impressionibus supercelestium relinquuntur in ea ali-
que similitudines / De hiis in quarto dialogorum Gregorii / De subiecto
Dicto de duobus ad revelacionem / Et modo angelice revelacionis
angelicam pertinentibus scilicet angelico ministerio et statu congruo /
sequitur de duobus concomitantibus scilicet subiecto et modo / Fiunt enim
revelaciones aliquando malis existentibus in culpa / Aliquando corde contri-
tis laborantibus in pena / aliquando vero existentibus in gracia / De primis ma-
nifestum est in balaam / Circa quod notandum quod quedam sunt dona dei
que sunt in malis tantum et non faciunt eos bonos ut timor servilis
Quedam vero que sunt in bonis tantum et non faciunt eos malos ut caritas
Quedam vero que in bonis et malis sunt communia ut prophecia futurorum
et huiusmodi / Sed differunt quia in malis sunt a spiritu et non cum spiritu / In
bonis sunt a spiritu et cum spiritu / i ad cor xii unicuique datur manifestacio
spiritus ad utilitatem / Alii quidem sermo sapiencie / alii prophecia etc / In quo
notatur duplex differencia eorum prout sunt in bonis et malis / Nam in ma-
lis ponunt spiritum solum in manifestacione / In electis autem quibus dantur
cum spiritu / ponunt ipsum in ipso / Secunda in malis sunt tantum ad utilitatem
aliorum / In bonis ad utilitatem proprie persone / Et hoc est quod dicit manife-
stacio spiritus ad utilitatem / propter hoc enim habuit malus spiritum prophetie ut con-
tradictionem conferret ecclesie / prout dicit augustinus libro 2° de mirabilibus sacre scripture
quod balaam permissus venire ad balach ut adventum xpi per prophetiam

gentilem qui futurus erat generis saluator in lege dei scribetur. De secundo
hoc est de corpore occasionatis videtur aliter dicendum secundum philosophos et aliter secundum
theologos. Ponunt philosophi ymaginaciones istas futurorum que sunt in corpore oc-
casionatas ut freneticorum et melancolicorum et huiusmodi esse ab accidenti et cause
supra predicto ex complexione. Theologi vero ponunt hec in eis ex revelacione
Via autem phisica ista est sicut dicit philosophus in libro de sompno et vigilia
quod illi quorum natura loquax est et multiplicia fantasmata decernunt ut
melancolici qui multum per se loquuntur hii vident multiplices visiones
quia virtus ymaginativa eorum semper parat similitudines convenientes
motibus factis in eorum corporibus et multa inveniunt fantasmata que
conveniunt ad futura sicut contendentes libenter capiunt. Ita isti in se con-
tendunt et capiunt similitudinem motuum et passionum condicionum. Unde sicut
qui multa iacit huius iacit compariter signo quod disponit. Sic isti tot et
tanta vident quod non potest esse quin aliquid eveniat eorum que videntur et
ita sompnia eorum sunt certa futurorum. Via autem sanctorum et maxime Augustini
ista est sicut dicit in libro xii super genesim ad litteram. Hec ymaginaciones futurorum
que fiunt melancolicis et freneticis et huiusmodi hominibus comparantur visionibus
sompniorum. Anima autem in vigilante dum vacabat sensibus in apprehensi-
one obiectorum fabricavit sibi similitudines in spiritu mira celeritate similes
rebus corporalibus quas videbat. In dormiente autem illa anima quia quiescit
ab occupacione exteriori extra sensum et sensibilia vacat interiori occupacioni
sicut ignis coopertus optime cinere nec ardet nec extinguitur sed evaporat
fumus tenuis. Tamen si commotus fuerit suscitatur in flammas. Sic anima in dor-
miente nec penitus interrumpitur actu vitali nec penitus elucet perfectius sed
ad instar fumi videtur operari. Nulla enim eius potencia ociosa est intrinsecus
vegetativa enim vacat circa actum nutrimenti sensibilis circa similitudines re-
ceptas aut circa consimiles fabricandas. Numquam enim cessat fabricare simili-
tudines in spiritu suo. Sed quia confuse sunt similitudines ille in spiritu et in
memoria sensibili sicut confusus est sompnus eorum quando tamen non sunt
equales propter ipse ideo irracionabilis operans circa similitudines acceptas
ut sit subtilior nec subtilitate illas ymagines operantur confuse. Et si
evenit ex eis futura hoc est ex accidenti sicut que dicebat via phisica.
Sed quia in illo statu dum videlicet illas intuetur ymagines quas in
visionum ostendunt tres videlicet in corpore quorum primum est in corpore et duo
in anima. In corpore si quia ligati sunt sensus utpote in dormiente vel
turbati ut in melancolicis vel interclusi actiones sensuum sicut patet in
freneticis quibusdam et in acutis pacientibus. In anima vero duobus modis
ut quando sano corpore rapitur in alienacionem ita ut presens corporis videat
corpora et in spiritu quedam similia que non discernuntur a corporibus vel per
aversionem mentis penitus a sensibus corporis ita quod nichil apprehendat per
sensus corporales sed habitet anima in similitudinibus corporalibus. Hiis ergo
ita se habentibus arripitur tunc anima a malo spiritu et facit hominem demoni-
acum vel arrepticium vel falsum prophetam. Si vero a bono spiritu assumitur efficiat
hominem loquentem misteria. Si non intelligit aut verum propheciam si intelligit
aut ad tempus predicit quod predici oportet per alios. Unde dicit Augustinus xii libro super
genesim ad litteram Sopito aut perturbato aut eciam intercluso idenee (?) in nominis (?)
a cerebro quo diriguntur sensus senciendi motus anima que motu suo cessare
ab hoc opere non potest quia per corporis non sinitur corporalia sentire vel
ad corporalia vim sue intencionis dirigere spiritu corporalium similitudines a-
git et si eas agit similitudines tunc sunt. Sed autem obiectas intuetur ostensi-
ones sunt. Et infra: Cum vero in ea videnda spiritu assumitur divinitus
hec demonstrat et sicut scriptum est Effundam de spiritu meo etc. Utrumque bono
spiritu assumi spiritum hominis ad has videndas ymagines nisi aliquid
significet non puto temere visio in corpore tamen ut in apocalipsi Iohannis intu-
endas humanus incendatur (?) spiritus. Non semper aliud faciunt credendum est ad
sed tunc fiunt cum imprimuntur a demonstrante spiritu sive dormienti sive
ad alium ex corpore ut a carnis sensibus abalienaretur pacienti. De tercio

.i. mistis patet per augustinum super genesim ad litteram .c. xiii. Unde Zach. i. Dixit an-
gelus qui loquebatur in me. Non enim hec doctrina transit per medium
sicut hominis sermo mediante aere pervenit ad auditum. sed quanto animam
invenit puriorem, tanto magis reddit eam clariorem et habiliorem ad
percipiendam veritatis lucem. nec tamen angelus est in anima licet loquatur
in anima, sed solus deus qui est anime intimior quam ipsa sit sibi. Et sic
magnes ferrum attrahit, ita angelus habet virtutem occultam imprimendi
anime intencionem suam nullo medio interposito prebente ipso impedimento
modum. primum consistit penes purgacionem illuminacionem et perfectionem. Ubi dicit
Dyo. .9. .iii. ca. de angelica ierarchia Oportet purgandos immixtos perfici
ubique et ab omni liberari cognicione dissimili. illuminatos autem adimpleri
divino lumine ad speculativum habitum et virtutem in omnibus castis mentis
oculos reductos. perfectos autem ex imperfecto tamquam ordinatos participes fieri
inspiciendorum sacrorum perfective scientie. Rationalem enim mentem nichil facit
impuram nisi commixtio que generatur ex inordinato amore ad non amandum.
aut sicut non amandum. aut non amante quod amandum vel sicut
amandum. Amor enim unit amantem cum amato. et ideo utilitas est in
anima ex amore inordinato quia unitur viliori se. sicut aurum commixtum
argento contrahit impuritatem. per hanc mixtionem cum viliori et cum
dissimili sibi. hoc est ergo purgari. nil nisi ordinate diligi. sed separari
ab affectione huiusmodi. Et post purgacionem sequitur illuminacio. Sicut ad
oculus corporalis non illuminatur ad videndum corporalia. nisi recipiat lumen
solis mediate vel immediate. ita illuminatos oportet impleri divino lumine
ad imitacionem divine similitudinis plene et non lumine. et per dictam purgacionem
mens reducatur ad hanc illuminacionem. et deinde per illuminacionem ad perfectionem
que perfectio est ex amore boni ordinato et non errorea bonorum scientia
bona operari et omnes operaciones dirigendo ad purum dei contemplacionem
est rationalis creature ultima perfectio. et sic sunt mentes ex imperfecto e
sit in nobis amoris inordinati. que facit et distortum affectum et tene-
brosum aspectum. hoc enim intendunt. ut et munditiam et lucem et perfectionem quam
habent nobis tradant prout possunt et debent. Sunt enim specula clarissima et
lucem suscipientis. ipsum perfundit. nichil per hoc de suo lumine ami-
sibi diminuens. tamen totum suum lumen alii tradens. licet forte in susci-
piente minus sit quam in tradente propter minorem suscipientis aptitudinem.
Ita procedit illuminacio et doctrina ab angelis superioribus in inferiores
et ab inferioribus in animas rationales. Virtus autem impressionis iste est
ad intellectualis natura triplex sit. deus angelus et homo. triplex est
doctor. Et dicit Thomas cum deveniatur in noticiam intellectualem rerum
ignotarum ab homine per lumen intellectus agentis et per prima con-
cepciones per se notas que se habent ad illud lumen sicut instrumenta ad
artificem. Deus qui animam intellectuali lumine insignivit. et noticiam
primorum principiorum eidem impressit que sunt quasi seminaria scienciarum sic
rebus aliis impressit seminales rationes omnium effectuum producendorum
excellentissimo modo docet hominem. utpote horum duorum causa existens
homo vero secundum naturam par est homini secundum intellectum. ad par in pare
non habeat imperium. non potest eum docere causando lumen illud vel au-
gendo. sed ex illa parte qua scientia ignotorum causatur per principia per se
nota. potest esse causa scientie in alio homine quodam modo. non sicut no-
ticiam principiorum tradens. sed sicut illud quod implicite et potencialiter
continebatur in principiis educendo in actum per quedam signa sensibilia
exteriori sensibiliter ostensa. Angelus autem qui medius est ordine na-
ture inter deum et hominem. medio modo habet illuminare per doctrinam. habet
enim lumen intellectuale perfectius quam homo. nam Non potest autem infun-
dere lumen intellectuale anime sicut deus facit. sed disponit ad susci-

sione removendo velamen et confortat ad videndum perfectius quia imperfe-
ctam in eo quod si committeretur perfectiori confortabitur virtus eius per eam. Ho-
minem docet ex parte principiorum non notitiam priorum tradendo sicut deus
neque deductionem conclusionum ex principiis sub signis sensibilibus proponendo
sicut homo facit sed in ymaginatione aliquas similitudines imprimendo
et sic intellectum voluntatis per impressionem formando et ostendendo. Et isto fa-
cto modo vim utramque angelus imprimat vel utraque anima in seipsa mirabi-
liter formet ymaginationes sicut ostendit Augustinus xii° super Genesim.
Quomodo anima debet se ad hanc revelationem disponere ingrediendo ad se, pro-
grediendo supra se, admirando iuxta se, replicando extra se.

Debet enim angelorum et eorum revelationis particeps esse necesse est ut
eidem se praebeat docilem anima docenda ab angelis. Primo in-
grediatur intra se. Secundo ingressa progrediatur supra se. Tertio pro-
gressa admiretur iuxta se. Quarto admirata replicatur
extra se. In hiis enim continetur tota doctrina dei quam angeli. De primo
Dan. ii° Danieli per visionem nocte revelatum est misterium. Quid est som-
nium nisi locutio angelorum quod nobis per noctem revelatur quando sen-
sus exteriores quasi dormiunt et interiora tenentur. Unde si volumus secreta
revelari volumus ab exteriorum implicatione quasi in nocte dormiamus.
Tunc enim vox angelorum auditur et eorum locutio advertitur quando scena vec-
te a strepitu actione cessatur. Non enim perfecte sufficit homo ad utrum-
que divisus sed dum implicatur circa exteriora, unde exterius auditum aperit
unde interius obsurdescit. Unde sponsa dicebat: Ego dormio et cor
meum vigilat, quia dum exteriora quasi non sentimus interiora certius ap-
prehendimus. Iob: Per sompnium in visione nocturna quando irruit sopor
super homines et dormiunt in lectulo tunc aperit aures virorum et erudi-
ens eos instruit disciplinam ut avertat hominem ab hiis que facit. Vel
in visione nocturna: Nox enim est vita presens et quidam somnus; in ista
vita quasi sub quibusdam ymaginationibus nocturnis videmus dei secreta.
Quando irruit sopor super homines quia quanto magis sancti viri exte-
riori actioni deserviunt tanto magis intra mentis cubilia conquiescunt. Tunc
aperiuntur aures quia tunc fiunt angelice revelationes. i Reg. ix. Dominus
revelavit auriculam Samuelis. Ymmo enim per valuas (?) veram amorum
distracti et exterius sumus divisi et multiplicati sed in revelatione an-
gelica nos reducit ad unitatem cum sit virtus unifica sicut Dyonisius dicit.
Quarto luminis apparitionis processus in nos veniens sicut unifica virtus
nos replet et convertit ad congregantis patris unitatem et deificam sim-
plicitatem quia avertit nos a multis ne verum exterius amatorum et con-
vertit nos ad deum diligendum unum et verum. Sicut enim radius solis
reducat ad solem sic ille revelationis radius reducit ad unitatem
cui soli debemus inherere per deiformitatem. Debet igitur seipsum primo
colligere et ad seipsum intrare qui vult angelicam revelationem audire. De
quo Gal. i°. Placuit ei qui me segregavit de utero matris mee
et vocavit per gratiam suam ut revelaret filium suum in me. Ille ab
utero matris segregatur qui per gratiam a carnali consuetudine sursum
ducitur. Ps. Emitte lucem tuam et veritatem tuam ipsa me deduxerunt
et adduxerunt in montem sanctum tuum et in thabernacula tua.
Sic enim Ihesus assumpsit Petrum Iacobum et Iohannem et duxit eos
seorsum in excelsum montem. Ostendit Xpus cum tribus discipulis. Et
tu supra te per studium operis meditationis et orationis prominebis ad
perfectionem cognitionis. Multa enim comperimus operando, multa invenimus
investigando, multa extorquemus orando, in quibus omnibus indi-
gemus angelico solacio. Hiis tribus comitibus nobis adiunctis excitus
deficit et in altum se extollit. Unde est quod in multis videmus studiosos
in lectione, desidiosos in operatione, tepidos in oratione, qui tamen pre-
sumunt montem virtutum ascendere, sed non possunt quia de sociis Xpi non
sunt. Nec videns Xpi transfiguratam claritatem nec revelationis angelice

pruitate. Sed nota quod angelus sathane transfigurat
se enim se transfigurat et xpus et diabolus transfigurat se in angelum lucis ve-
rificat sub duobus testibus tamen moyses et helias apparuit ut de
in monte ut in ore duorum testium non dubitemus. De sui nobis per an-
gelos revelatione quia revelatione suspectam habeo. maxime de an-
dinis que probari non possunt. scripturarum attestatione Ad probandum ergo revelaci-
onis veritatem legis et prophetarum manifestam requiro auctoritatem. alio
qui ab altitudine diei. hec est revelationis timebo. si scripture patre ...
lata non concordat nec gaudet revelatio in ad cor. xii. Ne magni-
tudo revelationum extollat me. datus est michi stimulus carnis
mee. angelus sathane qui me colaphizet. De tercio patet. Revela
oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua. Revela in-
fer velamen oculorum spiritualium. Non enim possumus in via videre ...
dum divine lucis nisi in quibusdam similitudinibus et velatum. ... tur
pulcritudinem nature. et velamine tibi hoc sed quanto amplius illuminamur
tanto velamen illud tollitur. Unde et moyses ponebat velamen
super faciem suam ut non intenderet filii israel in faciem eius. sicut
videmus ante candelam ponitur ne infirmus oculus patiatur. locutus
autem moyses ad deum auferebatur velamen. quia cum ex toto ad
deum convertitur per humilitatem recipimus revelationem. Augustinus
ca. primus. Act. ii. ad Cor. iii. Cum conversus fuit ad deum auferetur
velamen. et sequitur. post illud. Revela oculos meos et considerabo
mirabilia de lege tua. hoc est quod in transfiguratione domini discipuli
ceciderunt in facies suas. Ubi enim auctor tradit ubi vita humana de-
ficit. Et forte in tribus discipulis cadentibus signatur sensus corpo-
ris et exterioris memorie et virtutis humane defectus. Sed cum ... ...
quando mens humana super se rapitur et invisibilia revelantur. De quo
Luce ii. Nunc dimittis servum tuum domine etc. lumen ad revelationem gen-
cium etc. Ricardus ordo. patrem habet anima cum ingreditur ab exterioribus et
inficientibus oculum elevari super seipsum spiritualem. Secundus visionem ...
scipiendi. puritatis cum affectionibus quasi nebulis fumis et vaporibus
pura super se animatur. revelationem sibi divinam dispositionem. animati se-
cunt celestis gaudii prelibatione. De primo. Nunc dimittis etc. De secundo. Ut
videant etc. De tercio. Quod parasti etc. lumen ad revelationem etc. De quarto
Et gloriam plebis tue israel. De delectatione que habetur in illis revela-
cionibus dicit Augustinus libro de libero arbitrio. Quemadmodum illi
qui in solis luce eligunt quod libenter aspiciant et eo aspectu letificantur.
quibus si forte fuerint vegetioribus sanis et fortissimis oculis
preditis nil libentius quam ipsum solem contuentur. qui eciam certa quibus
infirmiores oculi delectantur illustrat. Sic fortis acies mentis et vege-
tissima veritatem. qua cuncta monstrantur. ei quod verissime inherens tam-
quam in illa omnibus simul fruitur. Quomodo enim iocun-
dum est in terris veris. ipsa utique veritate iocundum est hec est libertas nostra
cum isti subdimur veritati et ipse est deus noster. Tercia pars de docto-
re malo sive demone. Quomodo angelus malus docet an-
gelum malum sive demonem. Quomodo angelus malus docet hominem.
Ubi agitur de doctoris impietate de doctrine vanitate. de docentis
qualitate. de docendi falsitate de falsitatis per exempla sensibilia
specificatione. Quomodo angelus malus docet angelum malum.

Docet enim demon vel angelus malus. Docet autem demonem et
docet hominem. Ad sciendum de doctrina eius respectu demonis
hoc primo sciendum quod demones in hoc aere caliginoso manent
in quo iniquitatem magnam exercent. et tamen secundum disciplinam
tenent. et suis superioribus subiectionem exhibent. Primum patet per Augustinum
xx. de civitate c. viii dicentem. In hoc aere celo et in terris demonum et
hominum misterria est vita. Et damascenus. Ex hiis angelicis virtutibus

qui fuerant decimi ordinis .x. qui circa decimum ordinem et circa eius custodiam
commissi. a deo erat liber sui arbitrii electione usus est. Propter hanc etiam
habitacionem dicitur aureus celi c. x xiiii. Competit etiam eis aer caliginosus
sic ut tenebrositati quam habent interius concordet locus tenebrosus exte-
rius. Sunt etiam divisi a bonis angelis sicut lux a tenebris. Beda. Eodem
momento quo Genesis primo lux a tenebris dividebatur, secundum Hugonem de sancto
victore bonorum et malorum angelorum divisio localis intelligitur. Illis
in peccati tenebras cadentibus, istis confirmatis in luce iusticie ut lux essent
non tenebre. Unde in secundo sententiarum dicitur c. 4 in hunc aerem caliginosum
sic deiectus est lucifer cum complicibus suis ad probacionem et causam nostre
exercitacionis. Ut etiam dicit in viii libro de trinitate. Tercium est demo-
nes esse spiritus nocendi cupidissimos penitus a iusticia alienos, superbia
tumidos et invidia lividos, fallacia callidos. Et Remigius super epistolam
ad Ephesios. Philosophi dixerunt et etiam nostri doctores opinantur quod ita plenus
est iste aer caliginosus demonibus et spiritibus malignis sicut solis
radius minimis pulvisculis. Secundum patet per Cassianum dicentem
in collacionibus primo. Demonum densitate tanta constipatus est aer iste
qui est inter celum et terram in quo non quieti neque ociose prevolitant ut eos satis
utiliter aspectibus nostris providencia divina subtraxerit. Aut enim terrore
concursus eorum vel horrore vultuum in quo se pro voluntate sua cum libitum
fuerit transformant intolerabili formidine homines consternarentur aut certe
cotidie nequiores eorum exemplis redderentur. Hanc autem inquietudinem
movent triplicem: contra nos diversa vicia suggerendo, contra bonos an-
gelos eos a bono pro posse impediendo, contra demones alios de eorum
victoria superbe gaudendo. Primum patet per illud Ephesios vi. Non est
nobis colluctacio adversus carnem et sanguinem sed adversus principes et
potestates adversus mundi rectores tenebrarum harum. Secundum patet per illud Danielis
ubi Gabriel loquitur de principe regni persarum qui restitit ei viginti
et uno diebus sed Michael venit in adiutorium et remansit ibi iuxta
regem persarum. Ille enim princeps regni persarum quidam malus angelus
secundum Cassianum erat qui favebat genti persarum et nitebatur impedire
liberacionem iudeorum pro qua Daniel orabat tunc effectum tot diebus ille
malus angelus impediebat et plus impedivisset nisi Michael ar-
changelus in adiutorium advenisset. Et sequitur. Nunquid scis quare vene-
rim ad te et nunc revertar ut prelier adversus regem persarum. Tercium
patet ibidem ubi introducitur quod princeps grecorum. Cum ego egrederer ingressus
apparuit princeps grecorum veniens. Iste intelligitur alius demon qui fave-
bat grecis sibi subditis et erat adversarius tam persis quam iudeis unde
conflictus magnus ibi fuisse intelligitur per istos quatuor Gabrielem
et Michaelem angelum persarum et grecorum. Unde Cassianus. Legimus pre-
terea principem angelum Danieli occurrisse qui favebat genti sibi subdite tam ipse
quam natam persarum videbatur adversus. Ex quo liquido prevenditur
discordias gencium et conflictus ac simultates quas inter se ipsas instigan-
tibus gerunt etiam contra se adverse potestates exercent et illarum vel victoria
gaudeant vel diminucione terreantur. Et ab hoc non possunt inter se esse
concordes dum unusquisque pro hiis quibus preest contra alterius gentis pre-
sulem inquieta semper emulacione contendit. Gregorius xvii libro moralium dicit quod
angelus ille persarum fuit bonus angelus. Sed ut dicit Augustinus libro primo
contra Julianum aliquando inter se eciam doctissimi atque optimi catholice
regule defensores salva fidei compage non consonant et alius alio de
una re melius aliquid dicit et verius. Nota autem quod propter hoc dicitur
principatus potestas vel huius propter conatus conflictus quos habent et
quos exercent et propter alia ut patebit. Tercium principale patet scilicet quod inter se
disciplinam tenent. Est enim in eis quidam ordinis vel aliquis et discipline
condicio. Et de ordine sic intellige. Ordo inchoatur a datis naturalibus
et perficitur in gratuitis secundum ordinum distinccionem modo quod in angelis bonis
sed inchoati sunt in ipsis in statu nature non consumati sicut ad prostrum

gre· Et quia in angelis malis remansit natura· et loco gratie successit culpa· ideo est in eis ordo qui fundatur super excellentiam donorum vel da-torum naturalium quam habet unus respectu alterius· et ratione illius retinent sibi nomina ordinum. Ratione autem culpe similiter dicitur in eis ordo re-mansisse· et hoc quia vel usurpant sibi nomina ordinum vel secundum quod di-gniores fuerunt in natura tenuerunt in culpa· et quia ardentius appeti-ierunt Et magis nequiores fiunt et magis vexant homines· De hac clas-se has duas ordinum quas instar celestium sanctarum virtutum ad-se potestates habere dicuntur· vel ex illius ordinis interioris gradu in quo unaquaeque creata fuerat· unde casum retinentes vel certe de celestibus devolu-tis· ad similitudinem illarum virtutum que ibi perseveraverunt· pro nequitie sue modo in qua unaquaeque in malis crevit· has inter se gradus et ordinum vocabula in parte contraria vendicasse credendum est· De condicione disciplinae intelligere quod in rebus indisciplinatis. magnum pro esse fuit disciplina· nec in spiritibus malis sed multa concordia· tamen quod illud ad hec est inter eos disciplina quam nobis ingerunt passiones quibus nos seducunt· et ex hac discordia contingit quod nemo potest simul et semel vane glorie et fornicationi· gule et superbie· castimonie et [illegible] Unde Cassianus Non esse inter malos spiritus [illegible] conspirationem· nec posse perfecte stare concordiam· etiam in illis viciis quibus communiter oblectantur· ita diffinitum est In nonnullis tamen ubi vel necessitatis communio vel cupiditas caritate invitat consortium· necesse est eos taliter commodare consensum Et in ter-re ut eo autem viciis abscesserit· alii eam fortius adeat acrius impugnan-dum· aut certe si victor exstiterit· alteri lucius tradat similiter illu-dendum Istam ergo disciplinam seu doctrinam intelligo nutus voluntatis quos sibi inspirant vel imprimunt ad quod agendum vel nos temptandum con-veniunt In Ewangelio Cum immundus spiritus exierit ab homine· assumit alios septem nequi-ores se Et nota patet sicut Est enim in demonibus triplex status· pro-cum et post usque ad iudicium· Possunt enim viciis et hominibus et sibi quas ingerunt hominibus· ut spiritus fornicationis tristitie et huius Unde Cassianus Nosse debemus non omnes demones universis hominibus ingerere passiones· sed unicuique vicio certos spiritus incubare· et alios immundi-ciis ac libidinum sordibus delectari· alios blasphemiis· alios pasti tristicia· et unumquemque illud vicium quo ipse gaudet cordibus hominum inserere De hominibus patet quod quidam viri per ducatum possunt alii aliis per illud quod dictum est de Christo Danielis De platone ipsos adunantem patet per quandam visionem quam recitat Cassianus de quodam qui vidit demones congregatos coram suo principe· reddentes rationem de suis exactionibus ex-erceritis Alii autem probant principem suum· alii sequebantur Cui magnifice erat procerior cunctis et aspectu cunctis terribilior· et post alios veniens in sublimi loco sedit. et eum examinasset corpora ipsa· eos qui non obtinuerunt contra nos velut inertes· cum ira et invidia a presentia sua fe-cit expelli Eos qui obtinuerant laudibus extollebat quasi fortis-simos bellatores Et cum accessisset quidam nequissimus spiritus dicens se per xv· annos laborasse eo quendam monachum· que eadem nocte prosterni-ione comperat cum quadam puella et eam persuasisse ut eam retineret· cum magno gaudio eum commendatum a principe tenebrarum et magnificis favoribus cumulatus· Hoc tamen scimus quod sine suo labore confligunt nobiscum Unde apostolus hanc pugnam potest tollere Nobis enim si vincat gaudium impedit Retorquetur enim in eos illa confusio que nos monebat· si ab ipsis victi fuissemus eorum confusio Convertetur dolor eius in caput eius Unde et David timebat dicens Illumina oculos meos ne umquam obdormiam in morte ne quando dicat inimicus meus praevalui adversus eum Qui tribulant me exultabunt si motus fuero Et Ieremias :–

Confundantur illi et non confundar ego etc. et duplici contritione contere eos
quia vita duplicat confunduntur. primo quia homines acquirunt beatitudinem quam
illi perdiderunt. secundo quia substantie spirituales a carnalibus vincuntur. unde sunt
versus hec per psalmus. Persequar inimicos meos et comprehendam eos et non convertar donec
deficiant. Quod secundo angelus malus docet hominem. ubi agitur de doctoris impietate

Docet etiam angelus malus hominem. circa quod considerandum notam
doctoris impietatem. doctrine vanitatem et docendi falsitatem.
Impietas in doctore quam crudelis a propheta dicitur et non misericors.
Id est hoc est quod discipulum puerulum et parvulum eligit. electum
instanter erudit. eruditum affligit. et afflictum in fine decludit. Contrarium
communio doctores secundum Quintilianum de institutione artis oratorie. et
Boetium de disciplina scolarium. pueros assumat circa septennium ad discendum
abiles et electos. pro temporis oportunitate docent interpolate. Interpone tuis interdum
gaudia curis. Et secundum Senecam in libro de clementia ad Neronem Non
excarnificat magister discipulum propter simplicis ignorantie defectum. Et secundum
Gregorium Nazanzenum in apologetico. Cum competenter eruditus fuit. dignus
est non confusione vel increpatione sed laude et magisterio. Contraria opposita videmus
in diabolo. Ergo ut dictum est. dyabolus discipulum puerulum et parvulum
eligit. Primum dicit Origenes omelia xii super lucam. Unicuique assistunt duo angeli
unus iustitie et alius iniquitatis. si bone cogitationes in corde nostro
fuerint. et animo iustitia pullulavit. haud dubium quin loquatur nobis angelus
domini. si male. angelus dyaboli. Et Ieronimus super illud Angeli
eorum etc. Magna est dignitas animarum ut unaqueque habeat ab ortu nativitatis
in custodia sui angelum delegatum. Et dicit Gregorius quod unusquisque
habet unum bonum angelum in custodium et alium in exercitium. ut patet
dist. xi libri ii sententiarum. Et Ricardus super [illegible] libro primo exponens illud Actuum
Reliquit eum temptator et accesserunt angeli etc. Duo sunt angeli permanentes
in hominibus bonis et malis. et plerumque secundum dispositionem dei aliquando
recedit angelus bonus prius non recedit sed abscondit se invisibiles
se reddens ante dyabolum. quia nisi velint non videbitur ab eo. Subtrahit ergo
se ut det ei licentiam temptandi astans spectat temptationis eventum. Quando
ergo aliqua male rei concupiscentia super cor tuum ascenderit. dyabolus
in corde tuo loquens te temptat et compellit. Cum si perseveraveris et eum in
corde tuo confregeris. cum te superare non potuerit discedit. Quando ergo recedit
et concupiscentia incipit exultari cor tuum quia contrivisti impetum illum malum. et
quasi quidam spiritus in te tacente. et letatur et gratias agit deo. cognosce quia
recessit a te dyabolus. et post temptationis victoriam accessit angelus et ministrat
tibi et ille in te loquitur et gaudium operatur. Dico autem quod dyabolus eligit
parvulum. quia eum sit semper in insidiis. machinatur ut eum vexet in corpore
et disponat ad pravitatem in mente. Unde est quod quelibet anima racionalis ex quo
unitur corpori. sive in utero sive extra uterum. habet etiam e contrario angelum
sibi ad custodium deputatum. primo ex bonitate divina que solicita est de creatura
sua. Secundo ut angelus per hoc incarnationis caritate primum. Tertio ne corpus
pueri possideatur a demone vel vexetur ab eodem. Quarto quia anima
pueri considerata in se vertibilis est et potest se abilitare ut faciat bonum vel
malum tempore debito. et hanc abilitationem ad bonum facit angelus bonus.
Quinto quia anima considerata prout coniungitur corpori. quamcito unitur eidem
ex corruptione infusa recipit influentiam ut reddatur abilitetur ad malum. et ideo
per oppositum recipit influentiam ab angelo bono ut abilitetur ad bonum. Sexto
quia si anima vegetabilis unita corpori operatur vitam. sensibilis vero motum
et sensum. racionalis que nobilior est. non erit otiosa. Eam statim unita. et
in illa operatione adiuvatur ab angelo. sicut magistri reliquerunt in summis.
Secundo electum erudit. Ingiter enim insidiatur humanis sensibus. Unde Ciprianus
in libro de zelo et livore laborandum ut sentiens inimici vocalis ex omni parte
una ferire possimus repugnemus. Nam circuit ille nos singulos et tamquam
hostis clausos nos obsidens muros explorat et temptat an sit pars aliqua
mebrorum minus stabilis et fida. cuius aditu ad interiora penetratur. Offert

oculis formas ut visu castitatem destinat. aures per canora musica temptat
ut soni dulcioris auditu christianum vigorem solvat et molliat. linguam
contumeliis provocat. manum iniuriis lacessentibus ad petulantiam cedis instigat.
falsa ostentat ut vera surripiat. ad debellandum servos dei semper iniquitatis
et semper infestus. in pace subdolus. in persecucione violentus. Et in
libro xxxiii questionum dicitur quod quibusdam nebulis implet meatus
intelligencie per quos pandere solet lumen rationis radius mentis. Et hylarius
super beati immaculati plena sunt omnia divinis testimoniis et omne hoc va-
cuum quod putatur repletum est angelis. horum ministerium adeptus quis pro
doctrina scit se sub testibus vivere. Nunquam autem cessant a doctrina sua.
Non enim relinquit eos aliquo tempore pruritus vel lassitudo carnalis vel occu-
pacio rei familiaris vel sollicitudo quotidiani victus sicut sit frequenter in
nobis. Tercio disciplinam affligit. Affligit enim dum constans afflicta di-
mittit. Si enim gloria nostra hec est, conscientie testimonium. profecto constans
quid est tormentum. Affligit etiam non tamen secundum constanciam in mente sed fir-
mamentum in carne. unde notamus fornicator ab apostolo traditur satane
ut vexandus in carne. Quinto etiam energumini et obsessi sic a demoni-
bus vexantur ut ea que gerunt vel loquuntur nequaquam intelligant. Quidam
vero noverunt et postea recordantur. quod contingit secundum Cassianum per corporis
debilitatem quando in illis membris in quibus vigor anime continetur. immundus
spiritus insidens. et eis importabile pondus imponens. obscuratis tetrrima
caligine sensus intellectuales obruit et intercipit. quod aliquando facit febris vel
ebrietas vel frigus nimium vel morbus. Unde vero energuminos quos
demones vexant interius. ut non possint operaciones virtutum nisi libero
arbitrio exercere. Unde dicitur hec energia. quedam vis prava et laboriosa
impellente dyabolo exterius. tamen in homine interius facta. Obsessos autem
dico quorum corpora dyabolus non intrat sed exterius in circuitu ea ad modum ca-
stri obsidens impedit ne videant vel audiant vel huiusmodi faciant. Et in vita
beati Bartholomei legitur quod vexant cultores suos immittendo egritudines
corporis. et parando divina vaticinabant sacrificiis sanabant quia sanare vide-
bantur. et ipsi esse quia cessabant a vexacione. Affligit etiam secundum per-
missionem pietatis divine. quando viri perfecti ut quod in eis purgandum est pur-
getur. traduntur sathane corporaliter cruciandi. Sicut abbas moyses vir sem-
ctissimus disputans contra abbatem Macharium quadam opinione preventus
unum sermonem Macharius paulo durius reprehendit. et confestim tam diro de-
moni traditus est ut humana stercora ori suo ingereret. et continuo oracione
Macharii curatus est. Sic propheta in libro regum traditus est leoni ad devo-
randum propter inobedienciam. quam malicia non contraxerat. sed ab alio propheta deci-
ceptus fuerat. Sic etiam de abbate paulo legimus quod tantum abhorrebat
non solum familiaritatem mulierum sed vestimentum et vestem ut cum casu ut ad
prexisset ad visitandum quendam seniorem et occurisset ei mulier. in-
profecto pietatis negocio quasi visu leone mira celeritate redijt ad cella-
m. Ferebat autem in tantum puditatem quod omnem refugiebat turpitudinis occasio-
nem. Sed quia signum sexus feminei execranda credit. ita vexatus
vexatus est paralisi ut nullum eius membrum sive lingua sive pes sive manus
ullum haberet officium. nec sustinere potuit ut ei ministraret ullus sexus. sed
tum femineus. unde in cenobio sanctarum virginum corpus eius delatum
est. que ministrarunt ei cibum et potum et alias necessitates omnes per quadri-
ennium i. usque ad vite sue finem. tamen ex eo quod oleo quando corpus eius
tangebat ungebantur infirmi et curabantur. Habebat autem grandem curacio-
nem ad testimonium sue puditatis et manifestacionem virtutis. et tamen debilitatem
membrorum ex dispensacione divine bonitatis. Quarto in fine deludit. Sed
enim secundum Gregorium sunt minores in pena qui fuerint minores in culpa.
Et Beda super apocalipsim libro secundo sic ait duplex est. ut ait Ieronimus. offi-
cium angelorum aliorum scilicet qui premia iustis tribuunt. aliorum qui singulis cruciatus
prestant. Unde scriptum est. Qui facit angelos suos spiritus et ministros flammam
ignis. Ego autem puto sive predicavi quod ille malus angelus qui homines

decipit ante mortem illudit ei et torquet post mortem. Quare enim arguant
et deludant eos quos deceperunt. Hilarius super beati immaculati. Dyabolum
viciorum nostrorum inventorem debemus metuere pro tanto quia omnem amplitu-
dinem mundi huius obtinentem, cui dulce est nos peccare, ut peccatorum nostrorum
testimonio glorietur. Est enim hec ipsa calliditas eius peccandum instigare et
peccantes arguere. Unde dicitur accusator fratrum nostrorum. Ideo dicit Augustinus in libro
de confessione quod nichil est verisimile similius actibus demonum. Ieronimus
super Ezechielem libro ii. loquitur alibi deus per prophetam dicens tradam eum
in manum pessimorum qui vere eos torqueant. Neque enim boni sed mali an-
geli tormentis prepositi sunt. Notandum quod demones assistunt anime exeunti
a corpore. Parisiensis in libro de similitudinibus ponit exemplum de lebore
Et in libro Petri Damiani de eadem re. sicut scripsimus in tractatu de morte

De doctrine veritate

D[e] doctoris crudelitate visa videamus veri-
tatem in eius doctrina. Ad quod primo videndum est de sapientia quam
perdiderunt et non habent, et de scientia quam docent. Circa primum
nota quod perdiderunt puritatem sapientie, retinuerunt autem subtilitatem
intelligencie, acquisierunt diuturnitatem experiencie, continent inimicitatem
nostre salutis. Primum patet per Damascenum dicentem quod a deo demon clarissimus et lu-
cidissimus est creatus. Et Bernardus: superbus ille lucifer lucem perdens
non ignem habens, alio tamen crinitus ale, tamen non potuit facere hoc volando.
Exultavit enim lucidus esse non fervidus, non intensio. quod seraphim su-
ingit. Non igitur stetit quia contempsit, sed volare potuit quia prospexit. In-
flamavit enim eum sua scientia, et ideo hoc est mirum si perdita est eius sapientia,
quia non est vera sapientia ubi non est pietas, sicut probatur xiiii de civitate c. v.
iii. Statum enim parem habuerunt boni et mali angeli, sicut probatur
in libro de casu angeli. Neutri tamen de sua confirmatione vel casu cer-
ti fuerunt prius, sicut probatur xi de civitate c. xiiii. et in 2o libro super Genesim.
Sed angeli boni ad deum conversi sunt et veritatis peritiam cognoverunt, et in
veritate incommutabili creatoris cognoscunt. Unde sapientiam mali perdiderunt.
Unde est quod sicut eos fecerit decipi, tamen in virtute boni nequeant
falli. Unde et Dyonisius dicit quod in demonibus est furor irrationabilis, amens
concupiscentia, fantasia proterva. Fantasiam appellat potenciam in eis in qua
varie similitudines apparent. Quare dicitur proterva, quia ipsa obviant et re-
sistunt veritati intellectus, quod est proprie. Non autem dicitur fantasia in eis
que est vis sensitiva collativa sensibilium per sensus particulares preceptorum ipse.
Quod dicit Gregorius in moralibus xxxiii. Appetitum celsitudinis vertit in rigo-
rem mentis et quasi quoddam sibi pabulum sue vertendum invenit in iusticiam
insensibilitatis. Secundum patet per Augustinum libro x de civitate: demones inquit quia
vocabulum grecum est a scientia nominari dicitur. Est enim scientia sine caritate et
ideo tamen inflati sunt ut honores divinos sibi velint exhiberi. Et in
sententiis similiter dicitur quod licet sint per maliciam obstinati, vivaci tamen sensu
non sunt penitus privati. Et Bernardus de utroque seraphin duabus alis ve-
lant caput et duabus pedes domini, ut nec alta nec profunda eius ma-
ligni valeant spiritus contemplari, medium autem eidem relinquitur ad videndum
sed usque ad imprudencium. Ille ego qui ita plenus erat sapientia Ezechielis xxviii
hec inmitti nulla deformata. Tercium patet per illud Augustinus x de civitate: demones
non sicut angeli sancti eternas temporum causas et quasi cardinales in dei sapientia
contemplantur, sed quorundam signorum nobis occultorum maiori experiencia tempora nobis
et multo plura futura prospiciunt. Experienciam vocat diuturnitatem temporum, de qua
Ysidorus de summo bono libro primo c. x. Triplici acumine scientie vigent demo-
nes, scilicet subtilitate nature, experientia temporum, revelatione superiorum spirituum. Tamen hec
scientia quia multis preterita adiguit. Unde Ieronimus super illud Ephesios ubi ondit
quod innotuit per ecclesiam angelis misterium sapientie dei. dicit Angelice digni-
tates prefatum misterium ad purum plenum non intellexerunt, donec passio Christi
completa est, et apostolorum predicatio per gentes dilatata. Unde secundum incrementum
supra [margin: supra] in temporibus Augustinus vestra ad in[illegible] in sua dicitur perfice et dilatione que
magis et magis diligunt et cognoscunt. Quartum patet per Augustinum super Iob

libro primo dicitur sic Circuiui inquit terram et perambulaui eam chala
est hec gloriositas tua terram circuis et ad celum non redieris Circuis eam non
terrenis gressibus sed spiritualibus perscrutationibus terram circuis tamen spiritus volas
et ea que dicuntur voce cunctis audiens et que operibus fiunt videns ea
vero que in corde tractantur nesciens Si enim cogitationes hominum dyabolus
sciret nichil boni facere permitteret sed omnia bona mox ut cogitatione concepta
essent destrueret Et in libro de ecclesiasticis dogmatibus Interiores animi
cogitationes dyabolum non videre certi sumus sed motibus eas corporis ab illo
et affectionum indiciis colligi experimento didicimus secreta autem cordis solus ille
nouit ad quem dicitur Tu solus nosti corda filiorum hominum Ex hoc patet
quod scire certitudinaliter de natura sua non possunt interiora nostra Coniecturare tamen
possunt per signa in nobis forinsecus existencia et motus siue qualitates af-
fectionum interiorum detegunt sicut dicit Augustinus ad Nebridium Arbitror omnem
motum animi aliquid facere in corpore Et de hoc ponuntur duo exempla in
libro de Collationibus patrum Enim suggesserint demones castrimargiam
si viderint monachum ad fenestram crebro oculos ad solem curiosius erexisse
vel de hora percunctantem inquisisse cognoscunt desiderium gule fuisse su-
sceptum Et insuper Ille ut non modo vindicte nimis delectari certi ratione
cognoscunt ad cuius instigationem mox quondam motu corporis vel nutu con-
sensum comminationem quem ab eo fuisse perditum viderint Aliud exemplum
est de latronibus qui nocte percuciunt aliter arenas minutissimas ut
opes reconditas quas videre non possunt tinnitu deprehendunt et ita ex illa
sensum pertinacie veniunt in metalli exquisiti noticiam sic ut thezaurum
nostri cordis explorent demones velut arenas quasdam suggestiones
nobis noxias inspergentes ut secundum illarum qualitatem affectum corporum vi-
derint inerisse velut quoddam de intimis cellariis prodente tinnitu
quid sit reconditum in abditis interioris hominis cognoscunt Aliud ex-
emplum ponit Ysidorus libro iii° sententiarum ait enim Non de bene operans
dyabolus cordis occulta rimatur sed ex habitu corporis et gestibus esti-
matur quid versemus intrinsecus Vnde et cetera Semper ut insidiator positus si
pulchram mulierem nobis crebro viderit respicere mittit cor amoris iaculo
vulneratum et levem cogitationum nostrarum scintillam fomitibus suis infla-
mat Nota autem exemplum quod ponit Augustinus in libro contra achademicos primo
de quodam Albicerio qui reuelabat occulta cogitationum et cum respiceret
bias tunc dixit statim versum Virgilii de quo cogitabat et ostendit quod
arioli predicunt etiam cogitata Virtute dyabolica qui percellit nos acumine et
subtilitate sensus racione vero etiam non. De doctrine qualitate demonum

Doctrina malorum angelorum quam docent satis est varia cum non
sit contraria docent enim vel ea que sunt curiosa ut quando pre-
dicunt futura contingentia vel ea que sunt perniciosa ut quando sug-
gerunt vicia vel que sunt superstitiosa ut sunt maleficia vel
ea que sunt presumptuosa ut quando faciunt et tendunt ad mirabilia Et
circa futura contingentia sic notandum Demones cognoscunt futura quedam
Sed futurorum quedam sunt manifesta quedam occulta Manifesta sunt illa
que habent causam determinatam et infallibilem sicut ea que attenduntur
circa motum corporum supercelestium in quibus est causa determinata ut eclipsis
solis et lune et huiusmodi talia futura cognoscunt demones Aliud vero genus
est futurorum manifestorum ut sunt ea que habent causam determinatam tamen
fallibilem ut ea que sunt secundum naturam inferiorem Dico eos habent
causam determinatam quia intencio nature mouet determinate ad vnum Ideo
fallibilem quia potest impedimentum accidere ut si terra bona bene seminata et
culta efficerit pinguem fructum causam habet determinatam in natura et
tamen potest impediri hec enim possunt cognoscere demones qui norunt naturas
rerum Alia sunt futura occulta ut ea que habent causam indetermina-
tam et fallibilem sicut illa que sunt a nostra voluntate Indeterminatam
causam dico quia voluntas que est eorum causa est ad opposita fallibilem
dico quia possunt etiam volenti perficere multa impedimenta accidere Talia

non norunt demones · nec alia creatura nisi solus deus Si tamen talia futura
predicunt aliquis · hec est per revelacionem divinam vel angelicam si vera sunt · vel
propriam presumpcionem si falsa sunt · hec ergo futura contingencia predicere ipsi non possunt
quia hoc predicere talium · cadit in genus divinacionis · et ipsi demones adhuc
habent appetitum inordinatum eius quod est esse deum · ideo maxime predicunt
suis cultoribus talia ut exhibeatur eis cultus divinus et credantur dii Unde
patet quod talia requirere ab eis · genus est infidelitatis Ysa xli Annunciate
que futura sunt in futurum et sciemus quia dii estis vos Circa vero futura
et ipsi demones falluntur et illi qui adherent eis falluntur Et utrique duo-
bus modis Demones autem primo modo sic quando deus vel angelus impe-
diunt illud quod ipsi estimaverunt eventurum Unde Augustinus in libro de divina-
cione demonum Falluntur demones quia cum suas disposiciones pronunciat
ex inproviso aliud desuper iubetur quod eorum consilia cuncta perturbat Secundo
falluntur hoc totum causam non acceperunt Unde Augustinus ibidem Fal-
luntur eciam ex causis naturalibus futurorum sicut medici naute et agricole
longe quia prestancia per aerei corporis sensu sollerciore et exercitacione pro-
sunt Falluntur autem qui adherent eis primo quia aliter eveniunt quam puta-
verunt demones qui revelaverunt eis Falluntur eciam quia mentiuntur eis
et in hoc letantur · Unde Augustinus in eodem libro Falluntur demones studio
fallendi et invida voluntate qua hominum errore letantur Sed ne apud cul-
toribus suis pondus auctoritatis amittant illud agunt ut interpretibus
suis signorum quam coniectoribus culpa attribuatur quando decepti fuerunt vel
mentiti Unde est quod demones conqueruntur in libro Termegisti ad Asclepium
de subversione templorum suorum quam predicebant · et de eversione templi
Serapis que in Alexandria facta est Ad quod solvit Augustinus in libro de
divinacione demonum quod aeromancia sensus et celeritate motus et experiencia
temporum et revelacione spirituum superiorum · possunt contingencia scire et predicere pre-
nunciant eciam illa que futuri sunt quia accipiunt sepe potestatem
morbos immittere · et aerem viciando morbidum reddere et cultoribus suis
et amatoribus hominum maleficia persuadere · de quorum moribus certi sunt
quod acquiescent suggestioni eorum persuadent autem eis invisibiliter subti-
litate nature sue penetrando corpora hominum non sencientium et inponendo
quasdam imaginarias visiones cogitacionibus eorum sive dormiencium
sive vigilancium · que anima trahat in se et consentit Unde Augustinus ibidem
Neque enim quia previdet medicus quod non previdet eius artis ignarus ideo
iam divinus est habendus Quid autem mirum si quemadmodum ille in corporis
humani vel perturbata vel modificata temperie · seu bonas seu malas
futuras previdet valitudines Sic demones in aeris affectione atque ordina-
cione sibi nota nobis ignota futuras prevident tempestates aliquando
et hominum disposiciones non solum voce prolatas verum eciam cogitacione conceptas
cum signa quedam ex anima exprimuntur in corpore tota facilitate perdiscunt at-
que eciam multa futura pronunciant · aliis videlicet mira qui ista disposita
non noverunt Sicut enim apparet concitatior animi motus in vultu ut ab
hominibus aliquid forinsecus agnoscatur quid intrinsecus agitur · ita non debet
esse incredibile si eciam leniores cogitaciones dant signa per corpus que
obtuso sensu hominum cognosci non possunt Circa vicia autem sic est tene-
ndum quod in demonibus tot sunt nocendi studia quot sunt in nobis
vicia Unde pleni sunt viciorum incentivis quibus nos inflamant in
in peccatis hec enim ponunt ante cordis faciem · ad que noverunt facilius
inclinari mentem Unde Job Absondita est in terra pedica eius
et decipula eius super semitam Non enim est inventor viciorum sed in-
centor viciorum sicut dicit Ysidorus iii° libro de summo bono ca° v°
Neque enim alibi concupiscencie fomentum succendit nisi ubi prius prave cogi-
taciones et delectaciones apparent · quas si repperiunt ille confestim abscedit
Et infra Circa porte temptat qua per crescente humore facile incli-
nari hominem ad vicia conspicit ut secundum humoris complexionem adhibe-
at temptacionem Unde Balaam populo Israel ex ea parte precipicium ostendit

laqueos ex qua scripsit eos facilius lapsuros. Et ho(c) s(e)c(un)d(u)m Cassianum
s(e)c(un)d(u)m q(uod) sunt d(iu)ersi t(em)p(o)r(u)m viciorum. sunt d(iu)ersi demones. Quidam quos fa-
unos appellant seductores et ioculatores sunt isti obsident certa loca et
p(er)euntes decipiunt et fatigant sine lesione magis delectati in eor(um)
fatigacione et illusione q(ua)m corporali lesione. Alii inquietus incubacionib(us)
sed eciam tiscenuito ut illi de Lucano. p(ro)pter quorum metum p(re)terire non
audebat. hii gaudent bellis et effusione sanguinis. Alii corda eor(um)
sp(irit)uant sicut ille in lib(ro) regum qui ait Ero sp(iritu)s mendax in ore
o(mn)i(u)m p(ro)ph(et)arum eius. de quibus ap(osto)l(u)s Attendentes sp(iritib)us et doctrinis
demoniorum in ypocrisi loquentes mendacium. Unde sicut dicit Cassianus
Auditus est demon apertissime confiteri se p(er) arrium et Eunomium impie-
tatem sacrilegii dogmatis edidisse. Unde Augustinus in vi. confessionum. Audit
quod diabolus loquitur per os hominis suadentis malum. Alii sunt eciam
demones surdi et muti. Sunt et incubatores libidinis. Sunt et noctur-
ni diurni et meridiani. Sunt et qui p(ro) nomina ferarum designantur. Sunt
et pilosi. Sirene lamie. ulule. struciones. heriei aspides. basilisci. leo-
nes. dracones. scorpii. Que nomina non sunt eis casu indita. sed pro
excellencia malicie sub aliqua aliarum ferarum qualitate quibus nos ad mala
instigant. Alius enim leo appellatur p(ro)pter vehementiam furoris et rabiem
sue ferocitatis. Alius basiliscus p(ro)pter mortiferum venenum. quod prius quam
senciatur intimit et ita de aliis. Pilosi autem sicut dicit Haymo super
deom Ysayam desertam gemitus hominum sunt hii parue fidei homines qui
in paludes et eciam cathino descendunt. Syrene ut dicit glosa super Ysa-
iam dicuntur portentum diaboli quod dulci cantilena decipit naui(g)antes ut
clamdant aures. Dicit Ysidorus vi. ethimo(logiarum) c(apitul)o. q(uod) pilosi dicuntur incubi
quia sepe mulieribus constupranando eas exstitit inprobi. Et hanc in-
incubone vocat. Romani faunum ficarium dicunt. Lamie fabulose dicun-
tur rapere infantes et eos lamare. hii omnia vicia docent. tam p(er) se q(ua)m
p(er) suos. Et quot sunt genera temptacionum. tot habent duces demoniorum.
de quibus dicere modo non est ad propositum. sed ubi agitur de superstitione
circa magicam. Circa malefitia sit. videmus q(uod) locum habent et locum
que frequentem in coniugiis et prestant coniugio impedimentum sicut patet
extra de frigidis et maleficiatis et xxxiii. q. i. Si per sortiarias et
tamen est satis mirabile. cum demones magis velint aliqua luxuriari quam
continentes esse. Ad quod michi videtur q(uod) in hiis maleficiis quatuor concurrunt
primo pro diuina iusto iudicio et si latente permittens secundum est. operacio
diabolica. Nam demones vigeant admonima sensus et cognicione na-
turalium. Tercium est materia congrua ut lapis vel herbe que habent occul-
tam virtutem vel saltem que habere videntur ut sit materia illa non causa
ut causa. hec dico p(ro)pter experimenta quorum nulla videtur racio in mundo
ad producendum effectum suorum. Quartum est familiaritas aliqua vel mani-
festa vel occulta inter demones vel homines et ideo per caracteres invo-
cationes coniurationes sacrificia signata sepulchra que persuadet hominem. facit
se invocari ut videatur cogi ad indicium maioris decepcionis et tunc
docet operacionem aliquam facere vel herbam vel lapidem invenire vel alias
huius. Et cum ille se parat ad cognoscendum suam impedit eum tum ne
cognoscat eam. fortiter stringit venas vel obtinet meatus. ita q(uod) non possit
semen ad debita receptacula huic operi deputata pervenire. quod facile
est facere diabolo propter sue nature subtilitatem si a deo permittatur. Et assi-
gitur vel lapidi vel caracteri aut huius. et eum dicunt hominem impedimen-
tum ultra tres annos iudicatur impedimentum perpetuum. hec autem omnia ma-
leficia reprobantur xxvi. q. iiii. et v. Que consistunt in aruspiciis au-
spiciis auguriis p(er)ditos somnis sacrificiis sortilegiis philateriis suspen-
sionibus ligaturis manticis astris horoscopistis salutaribus. quibus demones

pervertunt cupidos et vanos homines qui iuxta Pauli sententiam sanam doctrinam
non sustinent sed ad sua desideria coacervant sibi magistros prurientes auribus et
a veritate auditum avertunt. Omnia huiusmodi artes noxie superstitionis ex qua-
dam pestifera societate demonum et hominum, velud quasi pacti infidelis
et dolose amicitie constituta sunt repudianda et fugienda a catholicis sicut
dicit Augustinus in libro 2o de doctrina christiana. Vocantur autem aruspicia quia
sunt horarum inspectores ubi in agendis negotiis observantur hore et dies.
Unde aruspices etiam exta pecudum inspiciunt et ex eis futura predicunt. Au-
spicia sunt idem quod auguria eo quod circa volatus avium utrique intendunt. Sed
auspiciorum duo sunt genera. Unum quod pertinet ad oculos scilicet vo-
latus. Aliud quod ad aures scilicet garritus. Primum dicitur auspicium quasi
avium inspectio dum volant. Aliud augurium quasi avium garritus dum
clamant. Hoc autem Frigii primi invenerunt. Vocantur autem prestigia quia
prestringunt aciem oculorum ut dicitur in libro de ante. De sompniorum inter-
pretationibus patet quorum ars partim est naturalis partim superstitiosa. Artifi-
cialis in eo quia ponit similitudines et facultates nature et artis in-
spicit et secundum hoc de complexionibus et passionibus anime iudicare. Su-
perstitiosa in eo quod caret intelligentiis que sunt in motibus fantasmatum
solum secundum sententiam artis. Sacrificia sunt in sanguine in quo delectantur
demones et hec subserviunt nigromantie. Unde nigromantia per-
quorum precantationibus videntur mortui resuscitati divinare et ad interro-
gata respondere. Nigros enim grece mortuus, mancia divinatio dicitur. Unde quo-
circa nigromantia dicitur sanguinis aque mistura et colore sanguinis
demones [illegible] provocantur. Sortilegi sunt secundum Ysidorum 8o ethimolo-
giarum qui sub nomine ficte religionis per quasdam quas sanctorum seu apostolorum vo-
cant sortes divinationis scientiam profitentur aut quarumcumque scripturarum inspectione
futura promittunt. De philacteriis dicitur in concilio Laodicensi quod ipsa sunt
animarum vincula. Et consistunt in ligaturis que etiam medicorum disciplina con-
dempnat. Scripture sunt caracteres ligature aut in quibusdam rebus suspen-
dendis et ligandis. [illegible] sunt divinationes in elementis quatuor terra
aqua aere et igne. Unde quatuor mantice originem sumpserunt. Nigroman-
tia ydromantia aeromantia piromantia. Circa astra negociantur astrologi
qui dicuntur genethliaci quia considerant dies natales et genesis hominum per
duodecim signa describunt et considerantes quis quali signo natus fuerit even-
tus vite eius predicant. Hii dicuntur vulgo mathematici et antiquitus magi.
Que scientia usque ad Christum fuit permissa ut Christo edito nemo deinde na-
tivitatem alicuius de celo interpretetur ut dicit decretum. Et dicit [illegible] quod re-
quirere stellarum cursus et eventus et hiis futurorum rimari hoc est observandum
egyptii quod Christo Jordane hoc est suscepto baptismo non debet exerceri. Ho-
roscopiste dicuntur qui horas nativitatis speculantur dissimili diverso fato.
Salizatores dicuntur qui dum eis membrorum aliqua pars salierit aliquid
prosperum vel triste sibi portendit significari. Aut sicut dicit Augustinus de doctri-
na christiana si inter ambulantes amicos lapis aut puer medius inter-
venerit et multa huius que dicuntur ibidem. In omnibus autem magicis
hiis que sunt x. immo plurima est exerceri ut sunt cultus demonum cultus
stellarum et lunarum cultus elementorum cultus ydolorum cultus ymaginum
cultus figurarum caracterum et sigillatorum cultus verborum et nominum cultus [illegible]
et hominum cultus [illegible] et verborum mirabilium cultus invocationum et vocum
inventarum. De quibus alias dicendum. Hec enim doctrine sunt demonum
ad vitia instigantium. Circa mirabilia. Notandum est quod sicut dicit Augustinus in
xi super genesim habent angeli boni et mali opera quedam sicut magi
Pharaonis. Unde sicut locutus est serpens ad Evam sic asina
ad Balaam nisi quod opus illud fuit dyabolicum, hoc autem angelicum. In
hiis potestatibus sunt boni angeli mali nec possunt mali nisi quod
permittuntur. Hoc ergo concesso quod angeli mali operantur mirabilia in elementis
et elementatis secundum causales seminales tamen a bonis angelis differunt. Et
de operatione eorum in elementis dicit Gregorius 2o mor. Sathan [illegible]

a deo potestate ad usum sic necessariae eadem elementa convertere possunt. Nec moveri debet si spiritus de sinistris pietatis turbare in ventos aerem possunt, ad nichil concitare, quia et deputatus in metallo ad usum aqua et igneus servit. De elementis autem quantum ad rationes seminales dicitur quod homo formas artificiales sicut ymagines et signa quas per dyabolus facere potest; formas autem naturales virtute aliena ut dicitur per quas ipsa autem virtute non potest per tamen naturam et adiunctione concipere colligendo adiumenta sive quasdam causas quibus adhibitis natura operatur causas et faciliores qui facit sine illis adiunctis et tamquam exemplaribus et seminalibus rationibus quibus deus indidit potenciam producendi simile ex se. Demones autem cognoscunt illa semina et tamquam loculos ubi ea disponunt et aptant ad aliquibus que sunt facere et tandem deo operante nature educitur forma completiva et hoc tangit Augustinus et magister in libro sententiarum. Nullo tamen dicitur producere formam completivam vel maxime in rebus nobilibus unde Augustinus in viij° de civitate Non solum animam sed nec corpus ullo modo demonum arte vel potestate in membra vel etiam lineamenta bestialia veraciter posse converti. In rebus nobilibus dico quia ranas et huiusmodi animalia vilia hoc permittitur facere secundum Augustinum in memoriam predictis factis de hoc Augustinus in libro de trinitate c. vj. Aliud est enim ex intimo ac summo cardine causarum conde ac ministrare creaturam quod qui facit solus creator est deus. Aliud autem per distributis ab illo viribus et facultatibus aliquam operationem forinsecus admovere ut tunc vel tunc sic vel sic exeat quod creatur. Ista vero originaliter ac primordialiter in quadam textura elementorum cuncta iam creati sunt sed acceptis oportunitatibus prodeunt. Nam sicut matres gravide sunt fetibus sic ipse mundus gravidus est causis nascencium que in illo non creantur nisi ab illa summa essencia ubi non oritur nec moritur quod nec incipit nec desinit esse. Adhibere autem forinsecus accidentes causas que tamen et si non sunt naturales tamen secundum naturam adhibentur et foris erunt quod secreto naturae sinu abdita continentur erumpant quodammodo et foris creentur explicando mensuras et numeros et pondera sua que in occulto acceperunt et ab illo cui omnia in mensura et pondere et numero disposuit non solum mali angeli sed etiam mali homines possunt. Et infra Quarundam vero quibusdam herbis et humoribus vel ita obrutis vel ita contritis vel ita commixtis que animalia nasci soleant quorum si quis tamen demens audeat dicere creatorem. Quid ergo mirum si quemadmodum potest nosse quis nequissimus homo unde illi vel illi vermes muscae nascuntur. Isti mali angeli pro subtilitate sui sensus in occultioribus elementorum seminibus noverunt unde rane serpentes nascuntur et hoc per certas et notas temperamentorum oportunitates occultis motibus adhibendo faciunt creari non creant. Sed illa homines que solent ab hominibus fieri non mirantur. Differunt autem operantur boni et mali quia licet conveniant in materia tamen intentio malorum ita est quod ipsa sunt ad deceptionem et inanem gloriam. Sed bonorum ad utilitatem et dei gloriam. Unde super illud dixit iiii Si filius dei es mitte te deorsum dicit Crisostomus Quid ex hoc poterat cognoscere quod esset filius dei Videte volare per aerem non est proprium opus dei quia nec hoc utile alicui nec ad animam nec ad corpus. Si ergo nulli utilem est nec proficit ad salutem volant autem ab procacitate propter ostentationem solam hoc facit et est potius adyabolo quam ex deo. Et sic distinguntur quia miracula malorum sunt ita vilia ut rane ranas et serpentes que de facili exeunt in esse ex nature sicut patet quod de solis apparuit in vere rane habet. Circa distinctionem quia ibi operatur dyabolus hic deus. Distinguntur ergo qui boni secundum Augustinum faciunt mirabilia per publicam iustitiam mali per signa publice iustitie et per familiaras et privatos contractus boni habentur bonam fidem que iustificat et que utilis et publica est et ideo dicitur

Catholici. mali autem quidam habent fidem informem et videntur habere opera propter signa que faciunt. quidam etiam ex eis qui dicuntur magi propter familiaritatem quam habent ad demones huiusmodi faciunt. Hiis ergo modis demones docent suos cultores.

¶ De docendi falsitate

Doctoris autem visa impietate et doctrine vanitate. sequitur de docendi falsitate. Cuius falsitas consistit in fallacia virtutis sensitive ymaginative intellective et affective. Et de sensitiva patet sicut dicitur in libro lxxxiii questionum quod malignus spiritus sensibus nostris immixtus inficit anime sanctitatem lucem quoque mentis obumbilat. Serpit hoc malum per omnes aditus sensuales. dat se figuris accomodat coloribus adheret sonis. odoribus se subicit infundit saporibus. Modus autem iste quo ludificatur sensus potest esse vel ab exteriori vel ab interiori. Ab interiori quando ymaginativa formaliter intendit fantasmatibus et ex vehementia intencionis illius similitudo movet spiritus et videtur esse similitudo rei ipsa res. Sicut in freneticis propter ascensum fumositatis ad cerebrum videtur eis quod multa videant que non sunt sibi presencia. Sic potest dyabolus commovere intencionem ad ymaginem corporum vel formas aliquas commiscere et spiritum animalem commutare et sic apparent ei fantasmata intra vehementer commutatam fantasiam et quibus anima vehementer intendit. ibi videtur esse extra et ludificantur sensus corporales. Et hic modus potest elici ex Augustino xii° super genesim ad litteram. Cum nimia intencione cogitacionis vel aliqua vi morbi vel commixtione cuiusdam alterius spiritus ille vertitur corporalium exprimuntur ymagines tamquam ipsis sensibus corpora presententur manente tamen etiam in sensibus corporis intencione. sic videntur que in spiritu fiunt ymagines corporum quemadmodum per corpus ipsa corpora. ita sicut cernatur aliquis homo presens oculis et alius absens spiritu tamquam oculis. Nam experti sumus sic affectos et cum eis loquentes qui vere aderant et ad alios qui non aderant tamquam adessent. Alius modus est quem tangit Algazel. Quando anima in apprehendendo formas debilis est. tunc velocior est fantasia ad commutandum exemplificando illud quod videt anima. sicut hominem mutat in arborem vel in aliud quod habet aliquantulam comparacionem ad id quod videt et semper commutando propter debilem apprehensionem sensibilem et apprehensionem debiliorem et fantasiam fortem et commutacionem sequitur oblivio instituti quod videt prius vel quod videt et loco eius formam ponit aliquam dicens illam esse quam vidit. Hec autem facilius est ludificacio demonum. Ab exteriori fit duobus modis. Primo quando turbantur sensus ut cum humor colericus ascendit ad oculos. videntur omnia exterius rubea. cum melancolicus humor videntur omnia terribilia et ita de aliis. Vel etiam experte ut cum aliqua posicione palearum et disposicione candele dicuntur apparere serpentes pro paleis. Hec autem norunt demones et in hiis habent potestatem. Hic constat alius modus ab exteriori et est cum res visibiles non presentant ad sensum ut visus sensitiva attingit rem visibilem et sic ludificantur sensus. De ymaginativa patet sic. Duobus modis illuditur. Primo naturaliter ex vaporibus resolutis ex cibo et potu insurgentibus organum ymaginacionis in quo sunt commendate similitudines rerum que ibi aliquando abstrahuntur et alienat hominem a se. Cum nichil sic esse credit homo nisi illas similitudines que movent ut res. sicut egere de colera sompniavit de flammis ardentibus ad ignem. et statim cum resolvitur fumus et evanescit. sompnium incipit evanescere et evanescit. Alius modus est ex operacione demonum. statim cum applicant se fantasie offerunt ei fantasmata que recipit et habet se sicut illa et credit se esse ea quorum similitudines offert ei. Et sic exemplum de quodam arrepticio quem dyabolus dementaverat adeo ut credit se esse lupum. et diebus arrepcionis sue ponebat eum dyabolus in loco abscondito et tempore absconsionis sue dyabolus in lupum hominibus inpetebat et ipse credebat se facere has invasiones et impeticiones et alii homines credebant de illo quod hec ille videbat. donec sanctus vir

quidam predicavit · quod non erat ille homo lupus sed dyabolus hec faciebat
in lupo vnde ostendit eis hominem iacentem quasi mortuum et dormientem
quo excitato ostendit eis ex alia parte lupum et sic curatus est ille homo
et vidit se non esse lupum et alii similiter · lupus enim ita phantasiatus erat
in organo ymaginationis sue · quod nichil cogitabat de se ille homo
et sic erat in illo exemplo de quo xviii de civitate dei c. xviii · qui vi-
debatur sibi omnia portare ad iumentis et ita videbatur cum aliis de eo-
dem · dyabolus enim portabat omne quod ille putabat se portare et ab
aliis putabatur eum quod ille portaret · sed vere patiebantur in organo y-
maginationis vnde augustinus phantasticum aut illud velut incorporatum in
aliorum animalis effigie appareat sensibus alienis · talis quod sibi esse ho-
videatur sicut talis sibi videri posset in sompniis et portare onera · que
omnem si vera sunt corpora portantur a demonibus ut illudatur hominibus
partim vera hominum corpora partim in nubibus falsa cernentibus · Volunt tamen
quidam dicere quod licet offendat ymaginationi non tamen imprimunt sed faciunt que-
dam in corpore ad que sequuntur impressiones vel transformationes impresse in yma-
ginatione sed offeruntur forme extra et deferuntur per quosdam spiritus ad
ymaginationem qui spiritus sic quodammodo tonales ymaginative sonantes
est enim ex quadam individua connexione eius ad corpus ut cadav-
eribus sic patitur pars ymaginativa tales habet impressiones prout dicit
plerumque quod anima corrumpitur sine unitate · quando intellectus corrupto sine
unitate · Sed sic offerendo sic imprimendo hoc fiat certi sumus quod et bo-
nus angelus ingerit anime sancte similitudines et angelus malus
similiter quas scriptura vocat immissiones prout dicit Bulgarius super capitulum
in illo sermone Collum tuum sicut monilia · sic etiam diuina aliquid
extendunt · sive ad speciem nimii splendoris sive ad doctrine visum
capitulo iiii · vnde adducitur ymaginatorie quodam intra nostra simili-
tudines purissimi ille ac splendidissimi veritatis radius et ipsa anime toleran-
tis formari in nobis sanctorum angelorum suggestionibus · sicut econtrario
bonitas et malas nostri immissiones per angelos malos non dubium
est · Et fortassis hinc illud est spiritualis et corporalis ut dixi per quod videt
dicit apostolus · et istiusmodi penne pulsans quod ymaginibus angelorum quod
manibus fabricatis De intelligentia patet sic Nec eam que in intel-
lectu nostro sunt venit dyabolus ut supra patuit · nec aliquas cogita-
tiones nobis immittit · sed quicquid offerat ab exteriori · in anima est
quod fugiat vel repugnatur ablato libero arbitrio voluntatis · eo tamen
anima non est sua utilia occupata vel eam est ociosa tunc offert ei species
ymagine · quam de facili capit nisi curat se ad ea que pertinent
ad salutem · Vnde Crisostomus li. de collacionibus patrum dicit Inmiscere
est vndecim cogitationibus non eum nec tamen totum vel in usum vel illius spiri-
tibus elucendum est quia eas nobis nititur ingerere · aliquid nec in hoc
liberum manet arbitrium nec in nobis staret nostre correctionis industria
sed est in magna ex parte ut cogitationum qualitas emendetur et vel
sancte ac spirituales vel terrene in cordibus nostris vel terrene carnales que
concrescant · ideo ingiter adhibetur lectio et ingis scripturarum meditatio ut
exinde nobis spiritualis memorie prebeatur occasio Dico autem secundum Cassia-
num quod triplex est in nobis cogitationum principium Et deo Math. x. Cum steteritis
ante reges et presides nolite cogitare etc. Est quando compungunt cogita-
tiones de preteritis vel attendunt de futuris vel illuminant de spiritualibus visione
Ex nobis autem habent principium ad naturaliter recordantur eorum que
vidimus vel audimus Cogitationes dicit augustinus Ex dyabolo autem in
Nota Cypriani et eum spiritus medius etc. Vnde ex dyabolo dicitur
habere principium exterius · ad nos nititur subvertere · tum vitiorum oblectatione
tum occultis insidiis De efficientia patet sic · dicitur angeli intellectum

cogitacionum non affectionum vel voluntatum. Est autem triplex modus incendendi
cogitaciones et inflammandi eas ad malum secundum perceptibilia exteriora per fantasiam
formata interiora per illuminaciones super species abstractas. Duo primi modi possunt
convenire demonibus tamen ex ordinacione divina, ex permissione divina. Tercius
modus non convenit nisi bonis angelis. Indignum enim esset ut angelus
malus perficeret animam quantum ad illam partem que immediate debet subici deo. Item
quia et deum non movet nisi gracia per quam adheret deo vel substancialiter
bonus gratum, que perficit animam ad gloriam suscipiendam. Et hic est angelus
incendens cogitacionem ad bonum. Voluntatem autem incendere solius dei
est. Ipsa enim voluntas immediate deo coniungitur. Accendi tamen potest ab ange-
lo id est in fervore disponi sed non incenditur nisi a deo. Incendere enim
est ignem generare et infundere vel ignem in ea facere, quod est solius dei.
Angeli enim sunt sicut lumina quarundam stellarum que illuminare possunt
sed non inflammare vel incendere. Deus autem sicut lumen solis sensibile quod
facit cum lumine distribucionem caloris in debito susceptibili. Dicitur autem
in corporalibus dicitur incendere ignem qui igni pabulum ministrat ap-
plicando ligna. Sic in spiritualibus ignis concupiscencie combustibilia
cogitaciones movere vel illud unde oriuntur cogitaciones et sequuntur
affecciones quas excitare potest licet eas facere in nobis non possit. Ideo di-
cuntur non immissores, quia nec in cogitaciones nec in affecciones nostras
sicut agens principale potest sed excitare potest. Immissio enim dicitur bone
cogitacionis facto tamen cogitacionis cum bonitatis, sed incendere est prepara-
re intellectum per disposicionem ab exterioribus venientem ut exeat potencia
ad actum, sicut ignis quando est de se positus ad ligna ignienda per ap-
posicionem flabelli vel sufflacione incipit ignire ea. Et per hoc patet
quod eam non illabitur animam prout dicitur in libro de ecclesiasticis dogmatibus:
Demones per energiam non credimus substancialiter illabi anime sed applicacione et
oppressione uniri. Illabi enim importat intimum esse ipsi rei et intime
operari in illa. Nichil autem tale est repertum anime nisi solus deus, cuius
est illabi proprium. Unde in libro de collacionibus patrum evidentissime colligitur
nichil esse incorporeum nisi solum deum et ideo ipsum tantummodo posse penetrare
omnes spirituales et intellectuales esse substancias eo quod solus et totus
et ubique et in omnibus est ita et cogitaciones hominum et interiores motus
atque abdita mentis universa perspiciat atque perlustret. Et Augustinus in confes-
sionibus: Tu domine eras interior intimo meo et superior summo meo. Quod sup-
ra dicitur applicacione et oppressione uniri hoc est quia dyabolus insidet
illis membris in quibus vigor anime continetur et ea opprimit ne anima ex-
erceat suas operaciones, quia opprimit suo pondere corpora et obsistit
sua obscuritate que procedit usque ad animam prout dicitur in libro lxxxiii questionum
per animi motus celitus coniunguntur sensus et ceteris.

De falsitate per extrinseca similia speciei apparicione

Ostendi falsitate proposita nunc istarum decepcionum ponamus exempla secundum decepciones
virium dictarum in anima. Et primo exemplum ponitur
quorundam sensus decipit quod non omnem sensum fallat. Sicut enim
cultores ydolorum isti latent, nam tamen ipsos decipere valent. Sicut legitur
de Symone mago qui unguentum quoddam composuit quo dum Faustiniani
in ipsum Symonem transfiguratus est, ac Symon rogavit Appionem et Anubionem
ne ut cuiquam ... sicut prius facies suas unguerent ... apparatu fuit
esse Symon magus. Petro tamen apostolo non apparebat immutatus, qui ei etiam
faciem ... videbatur. Similiter et puella quedam que per magicam veneficia
videbatur in equam mutata, Machario episcopo non apparebat mutata qui eam
ungens oleo benedicto a fantastica mutacione liberavit. Similiter de igne quem
videbatur a monachis coquina succendere, quem beatus Benedictus non videbat, sed
ostendit quod in monachorum oculis ignis erat. De ... patet exemplum ymagina-
cione. Dicit enim Helinandus in xiii libro Cronicarum de fantastica ...

tacione hominum in bestias veracior est nostra memoria nostrorum fere temporum
que iam oblivioni tradita posset nescium. Refert enim Willelmus alias Wilhelmus
Malmesburiensis monachus in historia sua quod tempore Petri Damiani erant
due anicule in strata publica qua Romam itur, quales Augustinus appellat
stabularias i. tabernarias hospicio pernoctare suscipientes. Nam stabulum
pro dicto hospicium venale et publicum. Hee vero quamvis morantes in tugurio
uno imbute maleficio hospitem si quando solus superveniebat in equum
vel suem vel asinum mutabat et mercatoribus vendentes precium bibe-
bant. Quadam die iuvenem quendam hystrionicis gestibus victum que-
rentem hospicio susceptum asinum fecerunt, multum inde lucrantes per asinum
qui miraculo gestum detinebat intuentibus. Nam quocumque modo precepis-
set anus movebatur asinus. Non enim amiserat intelligenciam sed lo-
quelam. Multum inde questum conflaverant vetule. Audiens hoc vici-
nus dives asinum emit magno precio. Dictum quod est ab illis vetulis
ut custodiret eum ne in aquam intraret. Servatus quod est asinus diu ab
aqua. Tandem incuriam nactus custodium in lacum proximum se proiecit
et ibi diu se volutans asininam figuram perdidit, propriam quod recepit. Lugens
custos eius sciscitatur ab eo dum obvio si asinum vidisset. Ille se esse dixit.
Famulus ad dominum retulit. Domini ad apostolicum Leonem nonum scribunt. Illis sistis-
sunt. Convicte anus idem fatentur. Dubitantem papam confirmavit Pe-
trus Damianus vir eruditissimus predicto exemplo de Symone mago
qui Faustinianum videri fecit in figura Symonis. Hoc exemplum inducit
prefatus Wilhelmus ad probandum quod nichil quod per nigromanciam fit
valet in aqua fallere intuentes. Dicit enim Plinius quoddam genus pulve-
ris esse conspectissimum qui quicquid contingit in aqua querit non quod ita
revera sit, sed quia ita esse videtur quod aquas diluitur. Ad idem refert
quod secundum Augustinum quedam mulierculae post Sathan converse demonum
illusionibus et fantasmatibus seducte credunt se et profitentur nocturnis
horis cum Dyana dea paganorum vel cum Herodiade vel cum innumera mulierum
multitudine equitare terras quasi ipsis obtinare. Ipse namque qui transfi-
gurat se in angelum lucis cum mentem cuiuscumque mulierculae cepit et hanc
sibi per infidelitatem subiugavit illico illico transformat se in diversarum per-
sonarum species et similitudines et mentem quam captivam tenet in somp-
nis deludens modo leta modo tristia modo incognitas personas ostendens
per devia queque deducit. Et cum solus spiritus hoc patitur infidelis non in animo
sed in corpore hoc evenire opinatur. Quidem nimis stultus est et hebes qui
hec omnia que in spiritu fiunt etiam accidere in corpore arbitratur, cum etiam Eze-
chiel et Johannes evangelista et alii apostoli et prophete in spiritu non in corpore
viderunt visiones. In hiis duabus illusionibus tam sensibilibus et ymaginativis
non est magnum periculum quia sicut dicit Augustinus in xii super Genesim ad
litteram: cum in hiis corporalibus dyabolus fallit, nichil obest quod ludificatur
oculi si non erratur in veritate fidei et intelligencie sanitate qua docet
deus subditos sibi. Ac si ludificatur animus spirituali visione ymaginibus
corporum ut putet corpus esse quod non est, quid obest anime si pravo
suasioni consenciat. Unde aliqua fit questio de concubitibus que in ymagina-
cione sibi concumbere videntur vel contra propositum suum vel contra licitos
mores, quod non contingit nisi cum ea que vigilantes etiam cogitamus non
cum placito consensionis sed sicut talia que aliquid loquimur. Quod non pos-
semus nisi ea etiam cogitaremus. Sic admovetur in sompniis et exprimuntur
ut eis caro naturaliter movetur et quod naturaliter colligit per genitales
vias emittit. Quod quidem sine peccato a vigilante fieri non posset. Tunc
vero tam sine peccato fit sicut cum peccato a vigilante dicitur quod ut diceretur
sine dubio cogitatum est. Unde et ipse anime affectionis bona que desiderio
meliore mundata multas interficit cupiditates que ad naturalem motum per-
tinent carnis, que casti vigilantes cohibent, dormientes autem eos non
possunt quia non habent in potestate quod admovetur expressio ymaginum corpora-
lis que discerni non possit a corpore ipso. Iterum ymo anime affectionis bona et in

sompnus quedam enim inde claret. Tercio patet exemplum intellectualis. In intelle-
ctuali visione ubi mixta est operatio virtutis intellective sicut in beato Ambrosio
creditur cum in spiritu interfuisse legitur beati Martini sepulture. Et ad intelle-
genciam huius et eorum que predicta sunt notandum quod modus quo videt anima ex-
tra corpus unus est in spirituali visione cum anima alienata a sensibus corporis
tota versatur in spiritu et in regione similitudinum, sed non per ex illis similitudinibus
cognoscit convenientia nisi adiuvetur desuper. Et ideo sicut in sompniis videmus
aliqua que videre nos videmur, autem extra tenentur et corpus significata sub
similitudinibus intelligimus, ita est in proposito, sicut patet de Wetino Augien-
sis monachi. Unde tunc similitudinibus spiritus revelantur ei et sub similitudinibus
congruis representantur. Sic communiter demones illis quorum fantasias deludunt
cum arripiunt a sensibus revelant loca et ea que sunt in locis, et excitati
et ad sensus redeuntes dicunt se fuisse corporaliter in talibus locis et certa
signa referunt, cum tamen viderunt spiritualiter et non corporaliter, et sic deci-
piuntur mulieres que dicunt se ire cum Dyana. Alius modus est in intel-
lectuali visione cum tota anima rapitur supra se et videt in dei lumine aliquas
animas rapi in celum et angelos descendentes animas, sicut beatus Benedictus vi-
dit mundum collectum sub solis radio et animam beati Germani Capuani
episcopi deferri in celum. Tercius modus est in visione partim corporali partim
spirituali. Unde cum vivunt in corporibus cum appropinquant ad mortem, statim quam
incipiunt a corpore dissolvi, incipit oculus mentis in illud lumen in-
corporeum intueri ubi multa distincte et futura previdentes que predicunt. Et
ibi patet quod sumus in corpore et tamen extra corpus videmus. Unde Gregorius
in Dyalogo: Quociens per cogitationis immunditiam motum extra nos ducimur
et nos sumus et nobiscum non sumus. Quartus patet ex hiis, quia demo-
nes eum inflammant discipulos suos ad viam, ut revelent alias que oc-
culte sunt a suis auctoribus perpetrata. Unde Valerius Maximus in libro primo
et Tullius de divinatione et fato. Ait ergo Valerius: Cum duo familiares
Archades iter unum facientes Megariam venerunt, quorum alter
se ad hospitem contulit, in tabernam alter divertit. Is qui in hospicio
erat vidit comitem suum orantem ut sibi cauponis insidiis circumvento
succurreret; posse enim eius adventu celeri imminenti se periculo subtrahi. Quo
viso exsiluit excitatus tabernam illam in qua ille diverterat petere conatus
est. Deinde proposito hoc humanissimo tamquam supervacuum dampnavit et
lectum ac sompnum repetiit. Tunc idem ei saucius oblatus obsecravit ut
quoniam vite sue auxilium ferre neglexisset, neci saltem ultionem non negaret. Corpus
enim suum a caupone trucidatum iam plaustro ad portam ferri stercore coo-
pertum. Itaque constantibus familiaris precibus compulsus protinus ad por-
tam cucurrit et plaustrum quod in quiete demonstratum erat comprehendit, cau-
ponem quoque ad supplicium perduxit. Inveniuntur alia exempla materie pre-
dicte satis congrua. Dicit enim Gaufridus Altissiodorensis in libro suo
super Apocalypsim: Quidam decanus sacerdotum cum sorore ducis Burgundie regi Sici-
lie Rogerio desponsata aliquamdiu regnum illud inhabitans, ibi certissime
comperit quod narrabat. Iuvenis quidam strennuus et natandi peritus
circa crepusculum noctis lucente luna in mari balneans mulierem post
se natantem per crines apprehendit, tamquam unum ex sociis qui eum vellet
mergere. Eam quoque alloquitur, nullum verbum potuit extorquere. Optimum eam
pallio in domum ducit et tandem in uxorem solenniter accepit. Incre-
patus aliquando a quodam socio quod fantasma acceperat, expavescens arripu-
it gladium et minatus in conspectu eiusdem mulieris filium quem ex ea
susceperat se interfecturum nisi illa loqueretur et diceret unde esset. Mox illa:
Ve, inquit, tibi misero, utilem perdis uxorem dum me cogis effari. Tecum
forem et tibi bene foret si indictum silencium michi tenere permisisses. Nunc
autem me deinceps non videbis. Et mox evanuit. Puer crevit et marinum
balneum frequentare cepit. Tandem una dierum fantastica illa mulier coram
multis eum rapuit in eisdem fluctibus occumbentem; que forte si verus
puer fuisset, mare ad litus expellere debuisset. Ad idem exemplum per-

ab helinando libro iiij[to] Cronicorum In coloniensi diocesi famosum et ama-
ne palacium cuius flumini supereminet quod inmane nominatur vbi
pluribus olim congregatis principibus ex improviso advenit navicula
hunc collo alligatam cignus argentea trahebat cathena exinde mi-
les nominis et incognitus omnibus exiliit et cignus navem reduxit
Miles postea nobilem vxorem duxit et liberos procreavit tandem
in eodem palacio residens cignum respiciens cum eadem navicula
advenientem ad cathenam in navim se recepit et vltimus non com-
paruit progenies eius vsque ad hodie pervenerat In ligonensi episcopatu
provincia quidam nobilis in silvarum abditis reperit mulierem speciosam
preciosis vestibus amictam quam adamavit et duxit Illa preter cetera
balneis delectabatur in quibus visa est aliquando a quadam puella
in serpentis speciem se volutare Inculpata viro et deprehensa in bal-
neo nunquam deinceps comparebat disparuit et adhuc durat eius
progenies In vita sancti Bucardi legitur quod in civitate Wangionensi
demon incubus mulieri quadam abusus est septem annis tubante
eam et iuxta virum suum quem beatus Buchardus cereis ardentibus cande-
lis ardentibus exorcismis ab ea fugavit In eadem provincia et in minori
britannia creberrime leguntur tempore Arturi regis et successorum eius huiusmodi
casus accidisse

Quarta pars de doctrina hominis pertinet ad lectores et continet quinque
capitula Capitulum in christo doctore fuit perfecta doctrina Capitulum ad doc-
torem hominem pertinet bona vita Capitulum ad doctorem hominem pertinet
tuta sciencia Capitulum ad doctorem hominem pertinet debita doctrina Capitulum ad
doctorem hominem pertinet propria facundia Capitulum primum Capitulum in
christo doctore perfecta fuit doctrina

Dicto de doctrina dei et angeli tam boni quam mali dicendum
est de doctrina hominis Docet ergo homo christus homo iustus
homo malus Homo christus condicionem boni magistri habuit
in se ignorantes erudit et hominem ut crediatur ad hominem
sibi comparem invitat primum patet sic Est enim magister iste mansuetus
ut discipulos attrahat Johannis xi Magister adest et vocat te Modestus
ut auditores retineat Mathei viii Magister sequar te quocumque ieris Expeditus
ut breviter multa doceat Mathei xxiii Magister quod est mandatum ma-
gnum in lege Ait illi Diliges dominum etc Expedivit enim vno verbo quod
plenitudo legis dilectio est Est enim peritus ut sine errore doceat
Johannis xiii Vos vocatis me magister et domine et bene dicitis sum etenim
exemplum dedi vobis etc Secundo ignorantes erudit Docebat enim christus
non sola auctoritate ut deus nec ministerio tantum ut creatura pura sed
quadam potestatis excellencia Sicut enim magnes quandam virtute na-
turali attrahit ferrum sic christus cuius sermo potestate plenus erat eos quos
vocabat docebat Vnde christus verus deus et verus homo quos exte-
rius vocabat interius illuminabat Fulgor enim et maiestas divinitatis
occulte que in facie christi relucebat primo aspectu ad se videntes pote-
rat trahere et trahebat Sicut in Matheo patuit qui theloneum di-
misit Ipse enim nos docuit qui secundum apostolum factus est nobis a deo
sapiencia in eius doctrina iusticia in eius misericordia cum iustificat nos
condonans delicta sanctificacio in eius vita redempcio in eius mor-
tis sustinencia Hee sunt quatuor virtutes cardinales quas docuit
et nobis reliquit Vnde Bernhardus in xxii sermone super Cantica Quid
nobis cum virtutibus qui dei virtutem christum ignoramus Vbi nam queso
vera prudencia nisi in christi doctrina Vbi vera iusticia nisi de christi mi-
sericordia Vbi vera temperancia nisi in christi vita Vbi vera fortitudo nisi in christi pas-
sione Soli ergo qui eius doctrina imbuti sunt prudentes dicendi sunt
Soli iusti qui de eius misericordia veniam peccatorum consecuti sunt Soli
temperantes qui eius vitam imitari student Soli fortes qui eius paciencie
documenta fortiter in adversis tenent Incassum proinde quis laborat in acqui-

sione verum, si aliunde eas speramus putat quis a deo verum. tunc doctrina
seminarium prudentie. tunc misericordia opus iustitie. tunc vita speculum tem-
perantie. tunc mors insigne est fortitudinis. Hec tamen alibi sunt assignata
supra ubi agebatur de doctrina divina. Tertio hominem ad homines tamquam con-
ductorem mittit. Sic centurio Cornelius mittitur ad Petrum. Paulus ad
Ananiam. Eunuchus audit Philippum. Moyses Jetro. Volt enim deus
hominem doceri ab homine ut honoretur condicio humane dignitatis
prout dicit Augustinus in prologo libri de doctrina christiana. per angelum pote-
rat homini fieri. sed abiecta esset humana condicio si per homines deus
verbum suum nollet dare. Secundo ut foveatur inter homines mutua caritas.
prout dicit Augustinus in eodem prologo. Caritas que sibi homines invicem nodo
unitatis astringit non haberet aditum refundendorum et quasi miscendorum
animorum si homines per homines nichil discerent. Tertio ut sit ierarchie ce-
lestis et subcelestis conformitas. Nam in celesti angelus docet angelum
purgando eum illuminando perficiendo. Unde et in subcelesti homo hominem.
Exodi xxv. Inspice et fac secundum exemplar quod tibi in monte monstra-
tum est. Quarto ut sit magis appetatur veritas. prout dicit Augustinus in libro
de kathezizandis rudibus. quanto gratior caritas est officiosior. tanto magis
eam conquirendam veritatis [illegible]. unde multis fuit revelationibus eam in
dicendo deum [illegible] cognovimus. Sed quia non est hic perfecta caritas
nec serena veritas ideo sicut de fornace ignis procedit quedam scintille
ita de fornace caritatis et veritatis ipsius patrie emittuntur modo quedam
revelationes subite prout dicit Augustinus in libro de kathezizandis rudibus.
Nec infructuosum te debes putare quod ea que cernis non explicas ita ut au-
ditis quis forte capis nec tamen valeas. Quis enim in hac vita nisi
in enigmate et per speculum videt. nec ipse amor tantus est ut carnis
dirupta caligine penetret in eternum serenum. Unde intelligentie fulgent eam
ipsa que cursum ut sunt theophanie que revelantur intelligentie prout
dicit Ysaac in libro de anima. Sicut ymaginatione de subtus fantasie
surgunt. ita intelligentia desuper theophanie descendunt. ¶ Et ad doctore

Docet etiam vir iustus. Et pro [illegible] pertinet bona vita
quod dignitate docendi requiritur. Differentie conditionum Est
doctor triplex in hominibus istis. scolasticus. ecclesiasticus. sub-
ditus et prelatus. quos appellare possumus lectores pastores
et predicatores. Et primo de lectoribus dicendum. Competit enim eis vita
bona certa scientia. debita doctrina. prout facundia. De quibus Exodi
xxxi. Implevi eum spiritu dei. sapientia et intelligentia et scientia in omni opere
ad excogitandum fabre quicquid fieri potest ex auro et argento. Spiritus dei re-
fertur ad bonam vitam que est [illegible]. sapientiam ad scientiam. intelligentiam
ad doctrinam. sed in omni opere ad omne quod potest fieri aut ex auro ar-
gento et ere. sonoritas est facundie quam debemus [illegible] pro [illegible]
matie. Est ergo primo necessaria doctori bona vita. quod ostendit deus Exodi
de qua possumus assumere verbum hoc et exponere de bono doctore Exodi
xv. Implevit eum deus spiritu sapientie et intellectus. stola glorie vestivit
eum. ubi notatur eius mundicia et eius primum. Bona ergo vita et gratuity
notatur in sapientia etiam xxvii. Homo sanctus in sapientia permanet sicut sol.
Debet ergo iste sanctitatis sapientie declarari in spiritu et anima et carne. Hoc
secundum apostolum in toto homine ut spiritus sit sine superbia sine invidia sine
avaritia. Hec enim convenient se habent in doctoribus. Nam primo
ex scientia sua superbiunt in se. deinde invident aliis iuxta se quos nolunt
sibi pares esse. aut aliis quos vident meliores se. Est enim invidia fi-
lia superbie. et ex hiis duobus procedit avaritia. quia nolunt communicare. De
primo Proverbiorum xviii. Inter superbos semper iurgia sunt. Qui autem agunt
omnia cum consilio reguntur sapientia. Iurgia sunt inter eos. sustinendo suas opiniones.
Sed illi qui in humilitate et secundum consilium dei scientiam querunt. isti sunt
sapientes. Magnus enim error est suum errorem defendere pertinaciter.
Augustinus de kathezizandis rudibus. Genus expertum nos volunt [illegible] eum mentis

placiditate corrigunt ne in defensione nostri erroris maiori capitemur
errore. Hii ergo sapientiam non habent quia habent inflatam scientiam que in-
cludit oculos visionis. Augustinus in libro confessionum: Tumor meus inflatus
non sinebat me videre. Matthaei xi: Abscondisti hec a sapientibus et pru-
dentibus, id est ab eis qui se reputant sapientes, et revelasti ea parvulis.
Et in eodem confessionum: Vocibus erroris mei impellebar foras, et pondere
superbie mee in yma decidebam. Non enim dabas auditui meo gaudium
et leticiam, aut exultabant ossa que humiliata non erant. De secundo Sap.
vi: Ponam in lucem scientiam illius et non preteribo veritatem neque cum
invidia tabescente iter habebo, quia talis homo non erit particeps sapientie.
Invidia inquit tabescente, quia facit hominem interius liquescere
nec vult alios veritatem attingere. De tercio Sap. viii: Si divicie appetuntur
in vita, quid sapientia locupletius, quia ut dicit Augustinus in libro contra Academi-
cos: Sed longe docet totum contempni oportere quicquid mortalibus
oculis cernitur, quicquid ullus sensus attingit. Hanc quidem humilitatem
ex avaricia, que non tam est in pecunia secundum Ambrosium quam in scientia. Augustinus
de doctrina christiana in principio: Omnis res que dando non deficit dum
habetur et non datur, nondum habetur quomodo habenda est. Sit ergo sapiens
sine superbia cum humilitate, sine invidia in caritate, sine avaricia in co-
municabilitate. De primo Proverbiorum i: Inicium sapientie timor domini. Secundum
enim Gregorium omne ista super primam partem Ezechielis: Cum vacuo corda do-
ctorum superbia tenet, mentem testimonii dyabolus possidet. De secundo Sap. vi:
Concupiscentia sapientie deducet ad regnum. Et sequitur: Diligite lumen sapientie
omnes qui preestis populis, scilicet ut lucide et sine invidia alios doceatis. De tercio
Sap. vi: Sapientia dignos se circuit querens et in viis suis ostendet se
hilariter. Ecclesiastici xxiiii: Ego sapientia effudi flumina; ego quasi trames aque
inmense, quia sicut aqua de fonte procedit et non exhauritur sed iugiter
fluit, sic scientia dum aliis distribuitur non minuitur sed plenius situatur.
Sit etiam alia hec execrabilis pars in doctore sive iracundia sive la-
scivia sive negligencia. Hec enim cum placiditate multis stantur, et hiis tribus
modis scientia in anima dilatatur. De primo Proverbiorum xiiii: Qui in paciens est
multa gubernatur sapientia, qui autem impaciens est exaltat stulticiam suam.
Impedit enim ira animum ne possit cernere verum. De hoc Augustinus in primo con-
fessionum ostendit quod melius docet magister pueros suos quando conficitur hi-
laritate quam racionis necessitate. Unde sicut patres pueros arguunt
et docent sine impaciencia eorum supportant imbecillitates, sic debent
facere doctores. De secundo Proverbiorum i: Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt.
Stulti sunt lascivi qui nolunt vacare sapientie sed levitati et lascivie,
et ideo quando alios docent verba eorum efficaciam non habent, quia ut dicit
Gregorius omelia ista super primam partem Ezechielis: Non facile eius pre-
dicacio accipitur, si levius in moribus esse videtur. De tercio Proverbiorum vi secundum
aliam translacionem: Vade ad apem, o piger, et exemplo eius disce sapientiam,
ut scilicet nichil negligat doctor circa discipulos sed corripiat et corrigat
dyscolos more apum, que secundum Ambrosium in exameron habent spicu-
la quibus si lacessite fuerint pungunt inter mella et ardores vindicte
ponunt animas in vulnere, quia ex zelo debent monita correctionis
miscere, nec malis parcere. Unde Augustinus secundo confessionum conqueritur de hoc quod
non fuit sufficienter admonitus et in erroribus suis correptus: Anno xvi mi-
etatis mee anno interposito ocio ex necessitate domestica feriatus ab
omni scola cum parentibus esse cepi. Excesserunt inquit caput meum vepres
libidinum, et nulla eradicantis manus. Sit etiam expers erroris, prudens
sine gula in inedia, sive luxuria sive infamia. Hec enim consuevit. Sequitur
Gula enim nutrit luxuriam et virum infamie. De primo Ecclesiastes secundo: Co-
gitavi abstrahere a vino carnem meam ut animam transferrem ad sapientiam.
Jeronimus: Venter pinguis sensum tenuem non gignit. Idem in libro contra
Jovinianum: Valeant illorum quorum vita et ars sagina est. Dicit nec
vivere posse diu nec sanos esse, animas quoque eorum ita nimio sanguine et adi-

gre · [illegible] · i · Doctor et predicator in moribus lenis

[illegible]

pibus quasi luto involutus nichil tenue nil celeste sed semper de terrenis
et rutu et ventris ingluvie cogitare Et Boecius in lib de disciplina
scolarium Vinum modice sumptum intellectum videtur acuere et instruere non modice
vero potatum racionem perturbat intellectum hebetat memoriam enervat errorem
infundit oblivionem immittit ignoranciam producit ubi enim ebrietas ibi
furor dominatur ubi furor ibi nulla sapiencia sed desipiam propagatur De 2°
Jacobi 3° Que desursum est sapiencia primum quidem pudica est Nec enim
habitat ille purissimus liquor sapiencie in spurcissimo vase Sap 1° In mali-
volam animam non introibit sapiencia nec habitabit in corpore subdito peccatis
In corpore dicit quia qui fornicatur in corpus suum peccat Rubus omne
prima sup Dan Ante tenue discipline studiis eo minus et primum manci-
patum indigne abiciunt sanctam cum presumunt Animalis enim homo non per-
cipit ea que sunt dei hec est sapiencia terrena que inimica est deo de qua boecius
in lib de disciplina scolarium quod inimica est studio per exemplum cuiusdam
filii lucrecii qui patrimonium suum consumpsit omnino luxuriose et cepit fur-
ta exercere et cum ter vitis angustiis sepe captivus fuit a patre ultima pa-
rentis pecunia redimi non poterat et petito osculo a patre mox que-
rula nasum ei precidit Quare inquit parentis meis erroribus instiga-
tus extasi tur nigrum mei dormientis non abscidi pravos et meos conquisivi
De 1° Cor Iiij In sapiencia ambulate ad eos qui foris sunt ut
non scandalisentur de in fama et mala conversacione doctoris qui audiet
verbum vel dicit vitam eorum secundum enim Boecium de disciplina scolarium
Nulla res magis perniciosa discipulo quam vita magistri contumeliosa In-
fusa enim stipissime quasi fimi videmus et fetido vase quum fetida res aqua
corrumpit Et ad hominem doctorem pertinet circa sciencia

Doctori enim necessaria est sciencia quia ut dicit Ovidius in lib Tristium
Quod nimium novit nemo docere potest Non sit autem hec sciencia
inflativa 1 ad Cor viij Sciencia inflat Nec nimis super explanando
extra Nonnulli rugata fronte et demisso supercilio verbis
pertinatis auctoritatem sibi magistrorum vendicant non quod ipsum dignum ad cor-
rogenciam noverint sed quod simpliciores quosque fratrum sui gravitate videant
vestite Non superstitiosa eccl xvi ffraciem tali diiudicare nostis signa
autem temporum non potestis scire Non curiosa Altiora te enim ut dicit Augustinus
ignorancia fidelis quam temeraria sciencia Et Seneca Quod iacula minuti
vaticulaturus subula leonem exceptis acuta sunt ista que dicit Nichil acu-
tius arista et tamen inutilis Enim ostentat enim ut dicit Augustinus in lib
Confessionum imitatur sapienciam parit ignoranciam simplicitatem ignaviam quie-
tem luxuriam sacietatem prodigalitatem liberalitatem Item 1 ad Cor ij Si quis
se existimat scire nondum novit quid oporteat eum scire Non cavillosa et
vana Sap xiij Vani sunt omnes homines in quibus non subest sciencia
dei Sicut enim dicitur in 1° confessionum falsa similia sunt veris ut tibi
dormienti similes sunt tibi vigilanti sed tamen non veris referent hec
in sciencia vera qua nos induere Tunc imitatur viri Et nos homini bono
in conspectu suo dedit deus scienciam sapienciam et intelligenciam Sapienciam quam
qua cognoscitur sciencia qua bene in mundo conversatur Intelligenciam
qua misteria scripture penetrantur Vel sapienciam qua res sapiuntur secundum
saporem proprium Sciencia qui estimantur secundum valorem suum Intelligenciam
in qua cognoscuntur secundum totum esse suum Iste est funiculus triplex qui
difficile rumpitur Hec dat homini bono ut vexillum qua se et alios
regulat ut lucernam qua se et alios illuminet ut cibum quo se et ali-
os saciet ut gladium quo se et alios defendat Ut agrum et vineam
ut in elaborando sibi et aliis fructificet ut pecuniam ut ad usuram
accomodet Ut uxorem ex qua filios spirituales deo gignat Ysa xxviij°
Quem docebit scienciam et quem intelligere faciet auditum Ablactatos a lacte
et separatos a dulcedine culpe secundum subtilitatem ingenii Sic enim multa discere
que post modum docerent prov xxx Non didici sapienciam et novi scienciam sanctorum
Unde beatus Ambrosius in lib de officiis de scripsisse se hominis distulit prius quam

doceant et ab illo accipiunt quod aliis tradant. quod necessario quibusdam in
accidit. Ego enim receptus a carnalibus atque administrationibus inutilis ad pa-
terculam tempore vos docere quod ipse non didici. Ita factum est ut prius docere
inciperem quam discere. Discendum igitur michi simul et docendum est. quem non
vocat ante discere. Sicut autem dicit Boecius ubi supra. Sed ad ingenium ex-
cellentiam veniens velit attendere tria quibus statum intelligat. Quidam
enim sunt vehementer obtusi ingenii. quidam mediocres. quidam excellen-
tis. et secundum seriem dictorum eius vehementer obtusi non possunt doceri philosophiam
sed magis mechanicam. mediocres autem politicam. Sed excellentes acutorum
tres sunt gradus. In inferiori gradu bene se habet ad yconomicam. In me-
dio autem ad philosophiam rationalem. In supremo autem ad philosophiam et omnem
subtilitatem. Unde si doceremus hic discipulos quos adhuc discernimus
docere doceremus illos doctores eligerent qui magis ex naturali condicione disci-
pulorum intelligentiis et appetitibus vel facultatibus conformaret. Ideo
diuturnitas studii. In antiquis enim secundum beatum Job est sapientia et in multo
tempore prudentia. Bene dicit antiquis et multo tempore. Non propter vetustatem
etatis. sed quia diu audierunt a nigris ps. xix. Non cesses audire fili
doctrinam ne ignores sermones scientie. Sic enim consueverunt homines ad-
venire ad magisteria. postquam autem constituti sunt diuturna temporis expe-
rientia. Unde Jeronimus Nazazenus in apologia ... in nec quidem hoc
novum aut peregrinum est ... apud quos divine philosophie studia vigent
ut exordium discipulorum quibus in officium magistrorum assumatur. Sicut
nec nante quidem probabili si res postulat ad inspectionem per rethe ...
vel ex illo loco ventorum probabilius colligerit disciplinam ad ipsam navis
gubernacula promitti vel fortissimo militi castrum ... cohortis com-
mitti vel bene agentem ... ad totius exercitus ... ministerium
ydem. Nonnulli pene antequam infantie pilos deponant. dum adhuc
puerile balbuciant. et antequam patrum voluminum saltem nomina cogno-
scunt antequam nove vel veteris scripture vel auctores discant vel stilum
cognoscant. ut non dicam ora abluant et anime vicia deponant. sic nisi
forte duos vel tres sermones ex antiquis tractatoribus didicerint et
hoc fortasse ex auditu magis quam ex lectione. iam admirationi esse
velle et laudi. Propter iam prolixius cogitemus. Quarto sedulitas exercitii
doctor enim qui exercitatus non fuerit. scientiam suam per doctrinam complete ma-
nifestare non potest. In hac enim apostolus se exercebat et de hoc ad Romanos
xv laudabat dicens. Repleti estis omni scientia et possitis alterutrum monere.
Et tullius in tusculanis libro ... probatum est. Quamquis non
autem in hac se exerceat. ... in poetria ... certos usus prop-
ter imitationem. reddit artifices aptos. Tria generalia sumus. Est autem
ista scientia in suo potissimo statu in via quando vertitur circa dei gloriam. Ierem.
ix. Non glorietur sapiens in sapientia sua. neque fortis in fortitudine sua. neque
dives in divitiis suis. sed in hoc glorietur qui gloriatur. scire et nosse me.
Et i ad Corinthios ii. Nichil iudicavi me scire inter vos nisi ihesum christum et hunc
crucifixum. Scire autem christum et christum crucifixum est scire eius gloriam. quia sic
oportuit christum pati et ita intrare in gloriam suam Luce ult. Quando
vertitur circa peccati spectaculi nocumentum Ierem. ii. Vide vias tuas in valle
scito quid feceris. Quando circa sui mundiciam i Thess. iiii. Sciat unusquisque
vestrum suum vas possidere in sanctificatione et honore non in passione
desiderii sicut gentes que ignorant deum. quia corpus nostrum debemus
regere per scientiam nostram freno abstinentie et cingulo continentie in sanctificatione
virtutum et honore gratiarum ad victoriam temptationum. non in ardore libidi-
nis sicut gentes que ambulant in pravis desideriis ut enim dicit Gregorius
Vbi minus domini est sic ibi ... maiori subiacet culpe. Quando
circa mortis penitentiam. Unde est communione mortis scito i. habe semper
pro oculis mortem que omnibus ... Seneca epistola xxi. Mors tamen semper
ante oculos debet esse quam numquam ... vivi. et que dedit fortuna
tempora pergi. crastinum si addiderit deus leti recipiemus. ille beatissimus est.

et securus sui possessor qui crastinum sine sollicitudine expectat. Unde Socrates in carcere constitutus disputabat et non permittebatur ei de exitu ut fugeret noluit sed remansit ut dicat tamen gravissimum malum inter homines de metu mortis et carceris. Circa quod in diversis officiis sunt lectores pater de corpore scientia quantum ad desertum perfectum et actum perfectum in hoc capitulo

Quod ad doctorem hominum pertinet debita scientia

Doctrina autem doctoris est necessaria Ro. xii Qui docet in doctrina. Ad hanc doctrinam quatuor concurrunt et quatuor eam impediunt. Sit ergo in hac doctrina ex parte docentis pietas, ex parte doctrine veritas, ex parte modi oportunitas, ex parte finis utilitas. De primo cum vi Sapientia doctrine secundum nomen eius est et non multis est manifesta. Secundum nomen suum dicitur propter saporem suum. Dicitur enim a sapore sapientia propter saporem pietatis qui in intentione et affectione relinquitur. Et non multis est manifesta quia circa eam incidunt multa sophismata et obliquitates multe quas ponit probat Augustinus in iiiio libro de achademicis principio, et in eodem dicit viam sunt et impedimenta inveniende veritatis. Timeo inquit ne te ad te compungas inventum esse deperditus aut certe ne invenisse te credas. Ista pietas facit doctorem in docendo affici et per quod docendum eius magis insigni. Sicut enim auditur doctor afficitur in docendo, sic enim auditor afficitur in audiendo, sicut dicit Augustinus in principio libri de kathezizandis rudibus. Ieremie iii Dabo vobis pastores qui iuxta cor meum pascent vos scientia et doctrina. De secundo i ad Timotheum iio Veritatem dico in Christo, non mentior, doctor gentium in fide et veritate, hoc est fidelis et veritatis. Unde legalis pontifex habebat in racionali indicium doctrine et veritatis scriptum quod erat in pectore eius. Hinc enim debent magis doctores habere ut doctrinam veram beneficiant qui ut pecuniam frustra accipiunt. Proverbiorum viiio Accipite disciplinam meam et non pecuniam, doctrinam magis quam thesaurum eligite. De tercio magis apparebit infra ubi agitur de modo discendi. Hic istam oportunitatem appello ergo quando docet quos debet. Proverbiorum xxiii In auribus insipientium ne loquaris quia despicient doctrinam eloquii tui. Et quando debet Ecclesiastici xxii Flagella et doctrina in omni tempore sapientia. Et quomodo debet Deuteronomii xxxii Concrescat in pluviam doctrina mea, fluat ut ros eloquium meum. ii ad Timotheum iiii Argue, obsecra, increpa in omni pacientia et doctrina. Argue negligentes. Ecclesiastici xix Corripe amicum, sepe enim fit commissio. Obsecra id est cum mansuetudine te habe ad voluntarie dissentientes. Increpa vero aperte in malo perseverantes. Vel sic Argue delinquentes, obsecra corrigibiles, increpa indociles. Vel sic Argue exemplis et maioribus, obsecra promissis et precibus, increpa minis et terroribus. In omni pacientia ut procedas ex dulci affectu et doctrina ut instruas ex veritatis intellectu. De quarto Romanorum xv Quecumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt ut per pacientiam et consolationem scripturarum spem habeamus. Finis enim omnis doctrine est ad quem omnis scientia ordinatur quod verbo sapientia est ut paciant voluntate propter Christum et compleant instrumentum edificandi proximum. Sunt autem quatuor que doctrinam impediunt in ea que docenda sunt: opinionum novitas, sensus falsitas, sermonum superfluitas, verborum urbanitas. De primo Ephesiorum iiii Ne sinus pervertantur (?) et non circumferamini omni vento doctrine. i ad Timotheum vi Monet apostolus Timotheum ut devitet prophanas verborum novitates, quia ut dicit Quintilianus utendum est plano sermone ut nummo cui publica forma est. Consuetudo enim tenens verba nova verba non sine periculo fingunt. Et si hoc timetur in verbis multomagis in opinionibus novis. Hebreorum xiii Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci. Varie enim opiniones turbant rationis oculum et generant scandalum audientibus. Unde Cyprianus in epistola ad Cornelium: Non facile promenda sunt et incaute aut temere publicanda que discordi stilo audientibus scandalum moveant et mentem eorum opinione confundat. De secundo i ad Timotheum iiiio

In nouissimis temporibus discedent quidam a fide attendentes spiritibus
erroris et doctrinis demoniorum. huiusmodi sunt doctrine superstitiose
de quibus Aug. in 2o de doctrina xpiana. Omnes artes nugatorie
vel noxie superstitionis ex quadam pestifera societate hominum et demonum
quasi pacta infidelium et dolose amicitie constituta penitus sunt
repudianda et fugienda xpiano. De tercio art. xv. Sine causa colunt
me. docentes doctrinas et mandata hominum. Phariseis enim super ea que deus
mandauerat multa addiderunt. ita quod frequenter virtute legis enar-
rauerunt. Unum erat mandatum dei sicut solus unus diuisus in
duobus tunicis. s. mandatum caritatis in duos motus dilectionis. dei
et proximi et ita illud protexerunt. Decem mandata. super illa su-
peraddiderunt plura cerimonialia veteris testamenti. et illa tradiciones
phariseorum. Item hoc Hugo in disciplinali suo. Cum de quacumque
arte agimus maxime in docendo ubi omnia ad compendium restrin-
genda sunt. et ut ad facilem intelligentiam renocanda. non omnia
dicenda sunt que dici possumus. ne minus utiliter dicantur illa que
dicere debemus. sicut enim de vite palmites amputantur. qui in-
fructuosi videntur. ut fructuosis spaciositas amplior relinquatur
parcorum enim fecunditas sterili multitudini antefertur. Sic longe
est utilius iuxta apostolum pauca dicere quam multa in breui con-
fuse conferre. Unde apostolus I Cor. xiiii. Uolo in ecclesia quinque verba loqui
ut alios instruam quam x. milia verborum in lingua. De tercio Item 2o.
Eloquentia que decet sanam doctrinam loqui ut scriptura non abscon-
datur in decore verborum. Unde Ambrosius super lucam libro viii. Cauere
debemus. . . que solent eneruare sciencias. Et Ieronimus ad
Marcellam. De scripturis sanctis disputanti non tam verba querenda sunt
quam sensus. quia si eloquentiam querimus Demostenes eligendus est
aut Tullius. Et bene dicit Seneca doctrinam sicut enim pedicus in lin-
gua cognoscitur utrum sit sanus vel leprosus. sic etiam doctrina doctoris
quando habet quasi sub lingua eius stilus est ornatus et quadam fuco
verborum obumbratur. Unde Aug. ad Pammachium. Christiani impietatis
etiam si habet eloquii venustatem dissimulare eam debent et fugere
ut non occupet philosophorum scolis paucis discipulis sed vniuerso loquatur
humano generi. Item ad doctorem homilie pertinet pura facundia
Doctori etiam necessaria est propria facundia sine eloquentia. Circa
quam nota quatuor eloquentie instrumenta. quatuor excitamenta. quatuor
documenta. quatuor nocumenta. Instrumenta sunt que vocat
Tullius partes dicendi vel membra. Inuentio. s. dispositio. elocutio
pronunciatio. Primum enim inuenire est quod dicat. Deinde inuenta dispo-
nere. Deinde verbis allegare. et ad extremum aliis pronunciando dicere.
hoc est considerare quid dicat. quo ordine. quibus verbis. et ad quid
hec autem et consimilia quia magis pertinet ad rethorem dimittamus
usque ad illam artem. Sunt autem quatuor excitamenta eloquentie quibus
scilicet eloquentia excitatur. ad necessitatem. ad utilitatem. humanitatem. et dignitatem.
Ad necessitatem ut expugnemus aduersarium. et per eo habeamus defensionis me-
diatum. Unde Tullius in libro de oratore. ubi agit de commendacione elo-
quentie. Quid tam necessarium quam tenere semper arma quibus
vel tectus esse possis vel prouocare integros. vel te ulcisci lacessitus. Hec
autem . . . preualent. intelligere possumus eruditorum. I ad Cor. ii o
Loquimur non in doctis humane sapiencie verbis. sed in doctrina spiritus. spiritua-
lia spiritualibus comparantes. Est etiam ad utilitatem. Unde Tullius ubi supra
Quid tam munificum quam opem ferre simplicibus. excitare afflictos
dare salutem. liberare periculis. Isa. xliii. Ego sum qui loquor iu-
sticiam et propugnator sed ad saluandum. Est etiam ad consideracionem humanitatis
Unde Tullius ubi supra. Quid esse potest in ocio aut iocundius aut magis
proprium humanitatis quam sermo facetus et nulla in re rudi. Si hec enim
uno prestamus vel maxime feris quod colloquimur inter nos et quod

exprimere in dicendo sensu possumus / Sic act. xviii Appollo vir eruditus via
domini fervens spiritu loquebatur et docebat ea diligenter que sunt illa. Est
etiam ad declarandam magnam dignitatem sive potestatem. Unde et Tullius rhe-
toricorum: Neque michi quicquam prestabilius videtur quam posse dicendo tenere hominum
mentes allicere voluntates impellere quo velit unde etiam velit deducere. Hec
una res in omni libero populo maxime in pacatis tranquillisque civitatibus
precipue semper floruit semperque dominata est. Quid enim est tam admira-
bile quam ex infinita multitudine hominum existere unum qui id quod omnibus
natura sit datum vel solus vel cum paucis facere possit. Aut tam iocun-
dum cognitu atque auditu quam sapientibus sententiis gravibusque verbis or-
natam orationem et politam. Aut tam potens tamque magnificum quam populi
motus iudicum religiones senatus gravitatem unius oratione converti.
Unde deus loquebatur sicut potestatem habens. Et act. vii Nemo poterat
resistere sapientie et spiritui qui loquebatur. Sunt autem documenta maxime ad
eloquentiam utilia. Quia sicut dicit Terencius in sermone Nichil est quin
male narrando possit depravari. Et econverso dicit Tullius in libro
de paradoxis Nichil est tam incredibile quod non dicendo fiat proba-
bile. Nichil tam horridum et incultum quod non oratione splende-
scat. Sunt autem quatuor documenta ut eloquentia habeat maturitatem
suavitatem mediocritatem et capacitatem. Primum ex parte doctoris secundum
ex parte verbi quo mediante docetur. Tercium ex parte doctrine. Quartum ex
comparatione ad eos qui debent doceri. Maturitas ostenditur et in pronun-
ciatione et in motu et in gestu convenienti. Unde Valerius maximus
viii° libro Eloquentie ornamenta in pronunciatione apta et convenienti
corporis motu consistunt. Quibus cum se instruxerit tribus modis
homines aggreditur. Animos eorum penetrando. oculos demulcendo.
animos invadendo. Prosper in libro de vita contemplativa. Sermo tamen simplex
et apertus etiam si nimis lateat [illegible] disciplinatus et compositus debet esse sermo
doctoris ut ab intelligentia sua nullos etiam imperitos excludat sed in
omnium audientium pectus cum quadam delectatione descendat. ad cor.
xiii Cum essem parvulus loquebar ut parvulus etc. Cum autem factus sum
vir evacuavi que erant parvuli. Suavitas ostenditur ad ~~aliquid~~ aliquid
efficiendum ad renovandum desiderium vel ad tollendum fastidium. Unde Tullius
in sua rethorica Varietas delectat auditorem et [illegible] in
[illegible] tenuis. Hoc sepe nobis accidit ut cum optimis saciati simus
varietas tunc nobis ex vilioribus grata sit. Et ii Machabeorum ultimo
Sicut vinum semper bibere aut semper aquam contrarium est. alternis autem
uti delectabile est. ita legentibus si semper exactus sit sermo non erit
gratus. Augustinus in libro de katheziizandis rudibus. Eligimus igitur de
de sanctis libris que aperiendo et revelando sermo noster dulcescat.
Et si quis auditor nimis tardus est vel ab omni tali suavitate
et absurdus ad usus misericorditer sufferendus est. magis quam pro illo ad deum
quam illi de deo multa dicenda sunt. Sepe etiam fit ut qui primo libenter
audiebat vel audiendo vel stando fatigatus non iam laudans sed osci-
tans labia diducat et se abire velle etiam invitus ostendat. Quod
ubi senserimus recreandus oportet eius animus dicendo aliquid honesta hila-
ritate conditum et aptum rei que agitur aut aliquid valde mirandum et stu-
pendum vel etiam dolendum atque plangendum. et magis de ipso ut propria
cura compunctus evigilet quod tamen non offendat eius verecundiam aspe-
ritate aliqua sed potius familiaritate conciliet. Ne autem morbida fasti-
dii cui subvenimus volumus augeat ipsa medicina breve sit quod dicitur
maxime quod ex ordine inseritur. Accelerandum quoque sunt etiam et pro-
mittendus exhibendus quam finis propinquior. Hec Augustinus. De hac quoque
loquendi suavitate tangit Tullius in libro de particione oracionis dicens
esse quinque quibus oracionis lumina scilicet dilucidum. breve. probabile. illu-
stre. suave. Et Oracius in poetria Aut prodesse volunt aut delectare poete
Aut simul et iocunda et idonea dicere vite. Boethius libro de consolatione in ipsis

fres suos et blande ac lenit' locutus est Mediocritas ondit' quod
mediocris est sermo doctoris nec nimis tardus nec nimis citus sicut
dicit Seneca Inopia verborum et exilitas minus intentum auditorem facit
interrupte tedio tarditatis Unde plinius in epistola ad ursum dicit fra-
tres ignem assidua collisione custodiunt demissum extreme reparant sic
dicentis calor et audientis intencio continuacione servatur intercapedine
aut et quasi remissione languescit i ad cor. xiiij Volo quinque verba
sensu meo loqui ut alios instruam quam decem milia verborum in lingua
hec quinque verba quinque sunt genera quibus debet fieri omnis doctrina spiritualis
scilicet instruccionis quo ad rudes excitacionis quo ad pigros con-
solacionis quo ad desolatos comminacionis quo ad duros exhortacionis
quo ad bonos Ut eorum consolor minor exhortor doceo que velut hu-
dam mandata quid credendum quia duodecim articuli quid faciendum quia
quid fugiendum quia septem mortalia peccata quid
appetendum quia eterna gaudia quid timendum quia eterna supplicia
Quid credam faciam fugiam sperabo timebo Et bene dicat
decem milia propter multiplicatam verborum mediocritatem sine modo
excedentem Ubi enim verba plurima ibi frequenter egestas prov. xiiij
et prov. x In multiloquio non deerit peccatum Act. vj Nolite multa
loqui Capacitas ostenditur ut secundum condicionem auditorum se habeat
verba doctorum Unde Greg. super Ezech. omelia prima Non semper pe-
ricula sunt que de deo salubria dicuntur sed aliquando que vera sunt et non
optime inferuntur i ad cor. iij Non potui vobis loqui quasi spiritualibus
sed quasi carnalibus tamquam parvulis in xpo lac dedi vobis potum
non escam Unde i ad thessa. ij° facti sumus in medio vestri sicut
nutrix fovens parvulos suos Sicut enim alimentum impertiri secundum
etatem suscipientis sic lac simplicis doctrine instillat parvulis qui
non habent dentes discrecionis ad discernendum cibum solide cognicio-
nis Petrus Ravenn. Debet predicator non quid ipse dicere sed quid subdi-
tus audire deceat attendere diligenter et se ad parvulis descende-
re debite mitigans obsequia et blandimentis magis congrua quippe
vitia verba deprimere non quadrate sed liquare sermonibus initiare
voces amare vanos affectus mente lingua corpore imbecillibus par-
vulorum motibus occupati Gilbertus Student magis alta quam a-
pta dicere facientes apud infirmas intelligencias minimam sui non
fecisse videantur Erubescunt simplicia et plana docere ne sola hec
scisse videantur Erubescunt verecundia habere minorem manum litterarum par-
vulos Sunt enim quatuor nocumenta sermonis utpote quia nimis est
sermo doctoris inordinatus aut nimis ordinatus aut nimis orna-
tus aut nimis generalis Inordinatus est quando non pervadit doctoris
de propriis cuiusque facultatis unde sicut dicit hugo in disciplinali
suo Nulli arti quod suum est tribuere volunt sed in singulis omnes
legunt hec hugo asserit hec videmus quotidie et dolemus In gene-
re de sophismato tractare disputare In dyalectica causales inflexiones in-
gerunt liberales facultates amissa sua libertate postrema in tanta servi-
tute cogantur ut conniventes adolescentes eorum imprudentes magistri
qui usurpantes in cathedra seniorum imberbes sedent et cum ad
primam pervenerint porphirij paginam statim incipiunt de universalibus
questiones non logice sed phisice et metaphisice disputare Secundum aplm
i ad thy. j° Aberraverunt a veritate non intelligentes que loquuntur neque
de quibus affirmant Alij abiectis libris auctenticis verborum sophismati-
bus sub quadam arancarum tendiculis implicantur Clamat propheta ve-
stes suas conscidi dimidi et diripi medietas vacat corporis et tam
periculose quam proprie ad cathedram qui experientia et tempore indigerent
Si vero veniamus ad iura que iure civilia sunt habitanda antiqu-
orum patrum canones abierunt corruerunt expirauerunt et que in concilijs
sanctorum patrum salubriter instituta sunt nec forma conseruanda ut fines

imponunt regnorum. sed optinet inter cetera principatum licet aut mater
eciam legum cum lugeat stimulatur timore regis ffrancia nostri multe
primitie olim legibus principum romanorum lapsa sunt eciam in consistoriis
patrum studia litterarum diuine discipline solis nouitatibus applaudunt
et ingenium glorie potius inuigilant quam doctrine. nouas inuentas et similes
questiones passim in theologia construunt. quibus auditores suos demul-
ceant detineant decipiant et tandem faciunt delirare ffriuolas et alias
facultates quasi cumiserunt Bibliam et sanctorum originalia non curantes
ignota et pagina diuinis suis apponunt fercula. ad in imperiis filii regis
thanei cibus et altilia sunt occisa aliquorum arborum radices steriles et
amaras olee pietatis inserunt. Sed numquam poterit oleaster inscitus olee
tenere naturam facere fructus bonos Unde est quod de incarnatione ubi verbo-
rum doctrina plorsuit indiuidua trinitas scinditur in trinis. ita quod non im-
merito timeamus ad multiplicitatem doctorum secundum multiplicitatem errorum
Nam confusis omnibus dyaletici de theologia theologici de philosophia loquuntur
et disputant, disputantes errant errantes viam antichristo preparant
Ordinatus nimis est quando nimius est distinctus quod vicium frequens est
in modernis lectoribus qui sermones et leccionem ita in minima diuidunt
et distinguunt quod confundunt memoriam et intelligenciam extinguunt Job
xvj Noc quid sine causa verba loquimini Vana sunt quia soliditatem
non habent, et sine causa quia plus habent clamositatis quam utilitatis
Unde Seneca in secundo epistola ffaciam quod exigis et philosophiam non in
frusta sed in partes diuidam diuidi enim illam non concidi utile est Nam
comprehendere quemadmodum maxima ita minima difficile est Idem eciam
vicium habet nimia quod nulla diuisio simile confusioni est. quidquid se-
catum est usque in puluerem Ornatus nimius est quando magis insistitur
selectioni verborum quam sensui verum et ad terram Non sumus sicut plurimi
adulterantes verbum dei sed ex sinceritate sicut ex deo coram deo in Christo
loquimur Sicut enim turpes mulieres fucos adulterinos ut appareant pul-
criores querunt quibus se ornant quod pulcre naturaliter non euenit
Seneca xl epistola Multum habet inanitatis et vani plus sonat quam va-
let Idem in xlix Oratio docent et simpliciter bonitate Velocitatis
nimius est cum sermo nimius est velox et preceps. et hic sermo mul-
tiplex est vituperabilis Primo quia est incompositus unde Seneca xl
epistola Que pronunciacio sicut et oratio debet esse composita. nichil autem
ordinatum est quod precipitatur et properat Secundo quia non est impressiuus Seneca
ubi supra Euade hominem distinctis preceptis dicitur non traditur quod
fugit Tercio quia non est erudituus Seneca ubi supra oratio que sa-
nandis mentibus adhibetur descendere in nos debet. remedia non
prosunt nisi immorentur. Remedia sunt que nulla excepit compescen-
da que curitas distinguenda que fallunt inhibenda luxuria compri-
menda auaricia Quis enim corporum raptim potest fieri Quis medicus egros in transitu
curat Quarto quia non est decens Idem ubi supra Quemadmodum
per procliue currenti non est visus est gradus sistitur sed incitato corporis
pondere serpit ac longius quam voluit effertur Sic ista dicendi celeritas
nec in sua potestate est nec satis decora philosophie que ponere debet verba
non proicere et pedetentim prodire. hoc tamen mirantur homines in eis
qui sunt quarum specie placentur qui nunc quod talis plura sentit quam expri-
mere possit Joh vij Numquam sic locutus est homo sicut hic homo loquitur
Unde Seneca ubi supra Audisse te scribis serapionem philosophum solere ma-
gno cursu verba conuellere que non effundit uno spiritu et urget plura
eciam venire quam quibus una vox sufficiat Et infra Vox oratoris
perinsterim talem dicendi velocitatem irreuocabilem et sine lege
vadentem Nos eciam sobrius impingere assueuimus Cicero quoque in
quo Romana eloquentia exiluit gradarius fuit Romanus sermo
magis se circumspicit probet et estimandum hoc ergo in viro sapiente accipio
non exigo ut oratio eius sine impedimento exeat proferatur tamen malo quam

pfluat. Et infra. Quemadmodum sapienti viro ingressus modestior conuenit
ita oratio pressa non audax. Summa horum summarum hec erit. tardi loquentie ee
in verbo. vni quia hec magis pertinet ad docendi modum et ad precepta rectho-
rice. preteritis omissis intendit alia narrare

Quinta pars huius studii tractatus agit de doctrina honesti perti-
nente ad pastores / et hoc quadrupliciter / De pastorum institucione
/ De pastorum succione / De personis condicione / De officii execucione
Institucio pastorum manifestatur in hoc quod nullus sine doctrina unquam fuit
Secunda in nouo testamento gratia claruit. Tercia dedicata genera doctrina
prestitit. Quarta auctoritas a xpo in petrum descendit. De pastorum institucione

Doctrina lectorum ex parte considerata. subiungitur pastoralis doctrina
Et primo videamus de pastore secundum institucionem successionem
persone condicionem et officii execucionem. De institucione manifestum
est Nullo enim tempore mundus sine doctrina fuit. sed in nouo
testamento gratia claruit. et quia dedicata doctrina prestitit. cuius auctoritas
a xpo in petrum descendit. Primum manifestum est. prima die dixit deus
fiat lux. et factum est lux. quod ad angelicam naturam pertinet que multo
splendore sapientie rutilans creata est. quarto die reperitur tempore quo condita
sunt sol et luna et sidera. in quibus designatur sapientie fulgentia. Sexto
die conditus est homo primus. qui sapientia pertinet ad innocentiam et scientia
per experienciam. post modum est repletus. Inde disseminata est generis hu-
mani et successerunt diu doctores. Transeo patriarchas qui doctri-
nam ceperunt. qui filius israel usque ad aaron qui primus in lege scripta sacerdotale
nomen accepit qui primus initium sacerdotii fuit licet prius melchisedech
et postea abraham ysaac et iacob obtulerunt sacrificia sed non fuerunt
hoc auctoritate sacerdotali sicut aaron pontificali stola indutus et p-
moyses sicut in leuitico patet instructus sed magis spontanea volun-
tate ubi et moyses consecratus aaron. gerit xpo typum qui dicitur est pon-
tifex et princeps sacerdotum Aaron autem tenet typum episcoporum. filii autem
eius ministrorum sacerdotum Aaron enim super tunicam accepit poderem.
stolam iacinctinam et coronam auream supra humerale et rationale filii
autem eius super tunicas lineas accincti cingulo et thyaram ita astabant
sacrificio dei. Pontifex et tintinabulorum in veste aaron. et lex sacer-
dotibus data satis indicat de eorum doctrina sicut scriptum est eccli xlv.
Dedit illis in preceptis suis potestatem in testamentis iudiciorum doce-
Iacob testimonia et in lege sua lucem dare israel Secundum patet luce ii Nato
xpo angelus domini iuxta pastores astitit et eos dei claritas circumfulsit
Stella enim magos adduxit. lucem prefigurando quam populus gentium qui
habitabat in tenebris vidit que post modum radiorum suorum circumfulgen-
tia mundum a tenebrarum errore purgauit. quia Iob attestante lumen
illius super omnes terre terram patet de prestita doctrine. ministrat nobis gratia
plenitudine quarta Tertius enim hesitat quia ex gratia doctrinarum deus administrat
Iob xxxviii Quis dedit vehementissimo imbri cursum et viam sonan-
tis tonitrui ut plueret super terram et produceret herbas virentes Quartum
patet In nouo enim testamento post xpm sacerdotalis ordo a petro
sumpsit initium cui deus super alios dedit pontificatum. cui dedit cla-
ves regni celorum Qui primus ligandi atque soluendi potestatem accepit
et primus ad fidem populum virtute sue predicationis adduxit Inde
apostoli per mundi climata dimissi sunt qui omnes docuerunt et quibus
apostoli episcopi successerunt. hic est petrus qui vocatus est cephas qui Ioh-
ultimo audiuit a deo pasce oues meas De pastorum successione vbi
agitur de pastorum succedencium sapientia ut in hoc capitulo De pauli spiri-
tuali supereminencia / De pastorum successione

Doctorum priorum institucione secuta est successio eorundem. in quo
primo intuemur diuine sapientie pulcritudinem. Patrie succedentium
diuine fluentes cum administracione plenitudinis pauli necnon ali-
ud spiritualem sollicitudinem Attende pulcritudinem eius qui omnia

pulcre disposuit sicut sibi congruit et hominibus expedit Sicut enim
diverse stelle successive oriuntur ad illuminandam noctem donec lucifer ra-
diet, ita successive fluxit doctrina donec xpus appareat qui ve-
rus lucifer erat Vide mor. li° 3° Nocturnam splendidam dum decore
cum succedencium quasi stellarum cursibus illustratur in negocio celi decore p-
agitur. hanc eciam pulchritudinem continet veteris et novi testamenti concor-
dia In exordio enim veteris testamenti post Abrahe Isaac et Iacob
et duodecim patriarcharum · scribuntur gesta moysi et aaron et eorum qui
egressi sunt de egipto Et desierunt in deserto Deinde eorum qui
cum Iosue ingressi sunt terram promissionis. Sic enim in exordio novi
testamenti · in figura predicatorum agitur de zacharia Iohanne baptista
et homine xpo et duodecim apostolis et de hiis qui ceperunt donum
spiritus sancti cum illis Deinde agitur de paulo et barnaba et de
reliquis qui relicta synagoga intraverunt ad populum gentilem qui
erat tunc locus horroris et vaste solitudinis ubi et converterunt
quidam ad corpus eius apostoli et iuncti ad eis per Iohannem ewan-
gelistam completis in scriptis que deerat passionum xpi Deinde agitur
de Iohanne et de hiis quibus data est pax in asia sub eodem
apostolo qui fuit quasi alter Ioseph et alter Iosue dominator ser-
vorum dei Et divisit hereditatem septem ecclesiis sicut Iosue septem
tribubus in funiculo distribucionis Attende doctrine succedencium or-
dinem Sicut eva producta est adam dormiente sic et ecclesia formata
est xpo moriente et post resurrectionem misit apostolos et discipulos
ad predicandum ewangelium per orbem terrarum relictis fortibus misit de-
biles relictis sapientibus misit insipientes relictis diviti-
bus misit pauperes Tales enim ut dicitur Greg. li° 3° et xxxi et
xxxiii ad predicandum xpm venire debuerant qui de laude propria nil
habebant ut tanto plenius veritatem cognoscerent esse quod agerent quanto
et aperte cernitur quid ad hoc agendum per se valuerunt non fuissent.
Unde post xpm successerunt apostoli deinde ewangeliste Deinde martires
et doctores secundum vicissitudinem temporum apparentes Unde apostolus quosdam
posuit in ecclesia primum quidem apostolos etc. Et in Iob dicitur Qui facit
arcturum et oriones et hyadas et interiora austri Arcturus qui
rant se in ministros iustitie. De 2o Joelis ii. Inter vestibulum et al-
tare plorabunt sacerdotes ministri domini. Hic ministerium implet per iustitiam
ii Cor. iii. ydoneos nos fecit ministros novi testamenti non littera sed spiritu
non in asperitate sed in dulcedine. De 3o Num. xviii. Excubate in cu-
stodia sanctuarij et in ministerio altaris. ne oriatur indignatio super fili-
os Israel. Hic ministerium implet per instantiam et diligentiam. Sicut
apostoli dixerunt Act. vi. Nos in ministerio verbi dei instantes erimus
De 4o Deut. x. Separavit tribum levi ut portaret archam domini et
staret coram eo in ministerio in statu [illegible]. De iiii° i Thi. i°
Gratias ago ei qui me confortavit in Christo Jesu quia fidelem me exi-
stimavit ponens in ministerio. Item enim est officium angelorum laudare
deum Hebr. i. Qui facit angelos suos spiritus et ministros suos flam-
mam ignis. Hic ministerium implet per munditiam. Non est enim speciosa
laus in ore peccatoris. Et bene in Psalmo Ambulans in via immacula-
ta hic mihi ministrabat. [illegible] presentibus primo et sic ministrent nullam
culpam habentes. Hoc ministerium suum implet sed sicut in corrigendo
iustus in compatiendo pius. in orando assiduus in laudando
promptus.

Ezechie

Pastores ovium sumus. servi tui. et nos et patres nostri 5
Genesis xlvii. Requisiti filij Israel in presentia regis quid ha-
berent operis. Tria confessi sunt. ministerium suum. finem mini-
sterij. modum et formam ministrandi. Ministerium est assumptio cure
pastoralis. finis exhibitio reverentie et debite servitutis. Modus
imitatio sanctorum patrum per conformitatem sanctitatis. De primo
Pastores ovium sumus. De 2o servi tui. De 3o et nos et patres
nostri. De hijs enim tribus oportet quemlibet sacerdotem in conspectu
regis celestis reddere rationem. in cuius figura et antiquitate
conveniunt sacerdotes ad synodos ut sciant circa hec [illegible] videre.
De primo dicit Pastores ovium sumus. et non quorumlibet sed ovium Chri-
sti. Secundum Aug. sicut est differentia inter animal irrationale et rationale tantum interesse debet
inter rectores ecclesie et ceteros qui reguntur. Debent autem isti pasto-
res pascere tripliciter oves suas. verbo exemplo et subsidio
temporali. In cuius figura ter dictum est Petro primo pasto-
ri. Pasce Joh. ult. Verbo autem triplici debent pascere doctrine
cognitionis de sanctitate tenenda. exhortationis de pena fugienda. con-
solationis de gloria assequenda. De primo dicit Michee. Pasce
populum tuum in virga tua gregem hereditatis tue etc. quia propter pravitatem
ordinaria natorum et incorrigibiles sunt compellendi. Et bene dicit
Pasce in virga. ut in verbo correptionis sit temperamentum ne vel
ex nimia austeritate exulceret. vel ex nimia levitate resolvat. Na-
tare si cares considerare videris. si excedis. Sed indignationis et furo-
ris agitantur sub pallio zeli aut fortitudinis. De 2o verbo Chriso-
stomus. Qui manum habet docet ac erudit. qui pastor gregem suum
miseratur exponens doctrinam miserationis. Docet peritiores. eru-
dit simpliciores. et modificent [illegible] verba per exhortationem platonis

ministri officia

pastores debet verbo exemplo subsidio

verbo triplici: doctrine, exhortationis, consolationis

Pro capacitate auditorum Sicut enim ex multis animalibus generis diversi
et specie scilicet animalis unius corpus efficeretur servata quavis
specialitate in uno corpore et videretur unum horum illud animal
regendum, oporteret eum in se simplicitatem tamen esse varium et
diversa comunibilem quantum pascerem bestiarum pro diversitate ut bestia
lis mortem moderatus persisteret Sic pastor erga multas bestias
regere et docere, pascere tamen simplicem et mobilem per varietatem
modificet exhortando, tum hiis lacte opus sit, hiis solido cibo
et hic est pastor docet et erudit etc. De 2o habetur Exodi iiio Moyses
pascebat oves Jethro, cumque minasset gregem ad interiora deserti
venit ad montem dei Oreb. Moysi mansuetudo pastoris contempla
tionis cum ad interiora deserti exercitatio subditorum ad contemplan
dum gaudia paradisi. quod appellatur desertum propter amenitatem
fondacionem loci secessum, avium concentum, viriditatem herbarum
fecunditatem fructuum. que omnia sunt similiter tam in deserto, et spiri
tualem instanciam in paradiso Pervenit ad montem dei Oreb qui
interpretatur mensa refectio est. que habetur in futuro mira superex
cellentis divitatis et suavitatis, hic inchoatur in presenti sentitur prelibatio
nis in quadam iocunditate interna Sic enim pastor in agris nunc virgu
la et ferula ad cohercendum nunc herbida et mollia ad recubitum
nunc campestria et lucida adhibet ad removendum fastidium, cum suavitate
fistule velut alloquitur gregem cantans suavitatis aliquid
vel amoris Sicut ille egregius poeta ait. Nunc etiam pecudes estivos
et frigora captant. Exemplo etiam tripliciter debet pastor. primo ex
terioris, primo interioris, solitudinis et dilectionis De primo i Pe.
v. Pascite qui in vobis est gregem dei providentes non coacte sed
spontanee secundum deum, sed ut turpis lucri causa sed voluntarie. ut late
dominantes in clero. sed forma facti gregis ex animo. ut cum apparuerit
princeps pastorum percipiatis immarcessibilem glorie coronam. Ecce
inquit Gregorius. omnia prima in pastore requiruntur exemplum est per
missione et mortificationis in grege. De 2o Ysa. xl. Sicut pastor
gregem suum pascet in brachio suo congregabit agnos et in sinu
suo levabit fetus ipse portabit. ex pietate enim et compassione in
teriori pius pastor agnos invalidos ad ambulandum modo portat
modo portat in sinu. modo fetas oves ipse portat in humeris.
docens pastorem esse ut ex interiori pietate et compassione omnium
imbecillitates noverit supportare Gen. xxxiii nosti domine quod parvulos
habeam teneros et oves ac boves fetas mecum. quas si plus
in ambulando fecero laborare. morientur una die cuncti greges
De 3o Luc. iio. Pastores erant in regione eadem vigilantes
et custodientes vigilias noctis supra gregem suum. Vigilantes
sicut et custodientes ut per vigilantiam ascenderent in deum et
per custodiam descenderent ad proximum Subsidio etiam debet pastor
et hoc triplici temporali corporali spirituali De primo Jere. v.
Pascet unusquisque illorum qui sub manu sua sunt Cum enim
habeant substantiam plus quam oves diligunt. mito nomine pastoris
perdunt. De 2o Johannis xo. Bonus pastor animam suam dat pro ovi
bus suis quia imminente necessitate mortem corporalem sustinendam
est pro subditorum salute. De 3o Amos iiio. Quomodo si eruat pastor
duo crura de ore leonis. aut extremum auricule. sic eruentur filii
Israel qui habitant in Samaria. que interpretatur custodia quia
pastores custodientes subditos suos. per suffragia orationum eos
eruere possunt a potestate demonum. i Regum xvii. Pascebat servus tuus
gregem patris sui et veniebat ursus etc. Sed proh dolor multi pastores

exclamacio contra pastores

Marginalia: primo exterioris; exemplo 2o interioris; 3o delectationis; subsidio 3o: temporali, corporali, spirituali

[illegible] pastores

non pascunt gregem. Nam ignorantes non pascunt ~~gregem~~ verbo, carna-
les non pascunt exemplo, cupidi non pascunt subsidio. Isa. lvi.
Ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam. ideo non pascunt verbo. omnes
in viam suam declinaverunt i. secundum quod eis placet. ideo non
pascunt exemplo. unusquisque ad avariciam suam declinavit. ideo
non pascunt subsidio a summo usque ad novissimum. excecat qui no-
luerunt. ubi nil excipit. distinguit nichil. Ignorantes ergo non pa-
scunt verbo quia verbum predicationis missum est in remissionem

ignorantes non pascunt

et ideo peccatis in seductione. exhortationis in taciturnitate. con-
solationis in abungatione. De primo Ier. l°. Grex perditus factus est po-
pulus meus. Pastores eorum seduxerunt eos. quod fit cum publicos et
notorios peccatores non corripiunt sed sustinent. per peccatores excommunicatos
absolvunt preter ordinem iuris. De 2° Ier. x°. Non est qui extendat
ultra tentorium meum. non est qui erigat pelles. quia stulte egerunt
pastores. et dominum non quesierunt. propterea non intellexerunt. et omnis grex
eorum dispersus est. Circa quod dominus non est qui cultum dei in fi-
de amplificet in caritate dilatet. cum pastores stulte agunt. ex
defectu boni operis deum non querunt. ex defectu pie intentionis et
non intelligunt periculum quod incurrunt ex defectu operantium sermonis
et grex eorum dispergitur, vel se dividendo ab unitate sacramentorum
vel errando a via mandatorum, vel resiliendo a spe promissorum.
De 3° Zach. xi°. Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti. Quia ecce ego
suscitabo pastorem in terra. qui derelicta non visitabit. et disper-
sa non queret. et contritum non sanabit. et id quod stat non enu-
triet et carnes pinguium comedet et ungulas eorum dissolvet.
Vasa pastoris sunt primo in pera. cibus predicationis in media
baculus in fine. zelus cum discretione. baculus cum virga. austeritas
gravis et mediocris discretio. cornu cum fistula. terror exterminii
eterni. spes ex dulcedine divine miserationis. que auferuntur a
pastore ignorante et stulto. Nam derelicta non visitat. peccato-
res ad penitentiam non excitat. et dispersa non querit. errantes non
reducunt. contritum non sanat. temptatos non curat. id quod stat
non enutrit. proficientes qualescumque non facit. carnes pinguium come-
dit quod pinguedinem est in temporalibus in domum suam ducit. et etiam
ungulas dissolvit. quia corda prius vinculo caritatis iuncta
dividit. et impletur illud Gen. xlvi. detestantur egiptii omnes pa-
stores ovium. quia raro invenitur aliquis subditus qui modo velit
pro salute anime in confessione adire sacerdotem suum. Tercio
non pascunt verbo. Carnales simul non pascunt exemplo. sicut

carnales non pascunt 2°

enim eorum [illegible] degenerat in voluptatem [illegible] incredulitatem
sollicitudinis et diligentie in negligentiam et torporem. De
primo Zach. x°. Super pastores iratus est furor meus et super
hircos visitabo. hircus animal est petulans et fetidum. Pa-
stor carnalis et lascivus per inordinationem gule fetidus. per con-
cupiscentiam luxurie. Super quem irascitur furor domini in presenti sicut
patet in eorum detestabili morte. et visitabit in futuro in corporis
et anime dampnatione. De 2° Ezech. xxxiiii°. Hec dicit dominus
ad pastores. cum austeritate imperabatis eis. et cum potentia. Ex qua
lateribus et humeris impingebatis. infirma pecora donec disp-
ergerentur foras. et cornibus vestris ventilabatis. In impio inso-
lentia in humeris et lateribus ostentatio et superbia. In ven-
tilatione cornuum violentia. De 3° Naum iii°. Dormitaverunt
pastores rex Assur. Assur interpretatur factura vigilantis ad
temptandum s. dyabolus qui est factura dei. cuius pastores non vigilant

sunt dormitantes per negligentiam vel sub pretextu studii fugam petunt
absentiam. Zach. xi. O pastor et ydolum derelinquens gregem
et sunt quasi ydolum mutum est. et ipsi muti in ecclesia faciunt
Carnales ergo non pascunt exemplo. Cupidi similiter non pascunt
subsidio. non temporali. quia fures sunt et latrones. non corporali ergo
sunt otiosi. nec spirituali. quia sunt proditores. De primo Eze.
xxxiiii. lac comedebatis et lanis operiebamini. quod crassum
erat occidebatis. et gregem meum non pascebatis. Ecce sicut ma-
nifeste patet dicit (Bern.) Conceditur tibi si altari servis ut de
altario vivas. non ut de altario luxurieris et compares tibi frena
aurea et sellas depictas. Quicquid enim preter necessarium victum et amictum
vel vestitum acceperis et sacrilegium est. furtum est rapina est. De secundo
Zach. xi. Pastores percutiebant et non dolebant et vendebant eas dicen-
tes. benedictus dominus. divites facti sumus. attendunt ad lucrum et
nolunt aliquid [illegible] ut de lectis vel de mensa ut mittentes se in
[illegible] de periculo. dum tamen habeant testamenta vel legata. De tertio
Iere. xlix. Quis similis mei. quis sustinebit me. et quis est iste
pastor qui resistat vultui meo. Non enim resistunt ire domini per
orationes et suffragia spiritualia et ideo sunt proditores quia non [illegible]
tantum ymo subtractis [illegible] spiritualibus stipendia pugnantium accipiunt et
imminente pugna fugiunt. Joh. x. Mercenarius et qui non est
pastor videt lupum venientem et fugit. Secundum quod notatur [illegible]
ministerium scilicet exhibito voluntarie servitio. Et hoc est quod dicitur
Gen. xxix. Servivit Jacob pro Rachel septem annis et videban-
tur ei dies pauci pre amoris magnitudine [illegible] conformitas
ad patres antiquos ex imitatione sanctitatis. Omnes enim fuerunt sancti
quorum nos [illegible] Ysa. li. Attendite ad Abraham patrem vestrum et ad Sa-
ram [illegible] sunt in excellentia sanctitatis ita et vos per imitationem
[illegible] Apoc. ix. In circuitu vidi patres eorum ad quod nos perducat
qui vivit et regnat etc.

6

Mundamini qui fertis vasa domini. Ysa. lii. In verbis propositis
notatur pastorum ecclesiasticorum dignitas. quia dicit domini. et eorum
utilitas. quia dicit fertis domini. et eorum sanctitas cum dicit mun-
damini. dignitas respectu domini. utilitas respectu populi. san-
ctitas respectu sui. Et est sensus per ypallagen. vos pastores et mini-
stri qui estis vasa ad ferendum dominum mundamini. Ferre enim vasa domini
est ferre dominum in vasis suis. Quo ad primum. Vos estis vasa electa ad
ferendum dominum et inferendum cordibus auditorum. Act. ix. Vas electio-
nis mihi est iste ut portet nomen meum coram gentibus et regibus
et filiis Israel. Omnis enim tabernarius vina sua venalia expo-
nunt in suis vasis ut homines alliciant solo visu. Sic dominus
pastores elegit. ut ex eorum aspectu et conversatione homines alli-
ciantur ad bonum. Ipsi enim vasa sunt decoris. quia speciosi per in-
nocentiam. vasa valoris quia preciosi per patientiam. vasa amoris
quia copiosi per clementiam. vasa honoris quia gloriosi ad im-
[illegible] eternam. De primo Eccli. xliii. Vas castrorum in excelsis
in firmamento celi resplendens. castra a castrando dicuntur.
Sic ergo castrenses sunt viri casti qui propter deum se castraverunt
per continentiam quam voverunt. et ideo resplendent in ecclesia. Sed
sunt a carnali corruptione puri. Prov. xxv. Aufer rubiginem
de argento et egredietur vas purissimum. rubigo de ferro na-
scitur. et ferrum consumit. sic carnis corruptio de carne exit
et carnem consumit. Sunt igitur vasa pura propter votum. preciosa

Cupidi non pascunt subsidio

hic tangitur quod dignitas pastorum ecclesiasticorum

Dignitas sacerdotum per vasa
decoris
valoris
amoris
honoris

De vasis decoris

xpi preceptis · purissima xpi sacramenta Non enim panem legalem
volunt Abimelech dare pueris David nisi prius continuissent
se et David dixit Certe de mulieribus agitur continuimus ab heri et
nudius tercius et fix va pu s. De secundo Eccl. l. Quasi vas auri
solidum ornatum omni lapide precioso. Vas auri solidum est et
preciosum cor · quia non frangitur per impacienciam sicut sunt cor-
da vacua · que ad modicum impulsum franguntur Eccl. xxi Cor
fatui quasi vas confractum · omnem sapienciam non tenebit · quia ad
unam contumeliam vel ad unum verbum non possunt continere se in
sui Omnia enim sunt vacua a sapiencia · ideo crepant et rumpuntur
ad ignem ubi bona probantur et consolidantur Eccl. xxvii Vasa fi-
guli probat fornax De 3o iiii Re ii Afferte in vas novum
et mittite in illud sal · vas novum vas amoris cor si per amorem
innovatum · quod continet sal condimentum ciborum · per quod clemencia de-
signatur · et reddit omnia sapida Exo xvi dixit Moyses ad Aa-
ron · Sume vas unum · et mitte ibi manna · quantum potest capere gomor
et repone coram domino. Iste prelatus plenus dulcedine et clemencie
se assistens coram domino in oracione pro grege quantum sustinet me-
dietas sive infirmitates et exponit causas necessitatis De quarto ii
Thimo ii In magna domo non solum sunt vasa aurea et argen-
tea · sed et lignea et fictilia · et quedam in honorem · quedam autem in con-
tumeliam Si quis ergo emundavit se ab istis · erit vas in honorem
sanctificatum et utile domino ad omne bonum paratum Vasa hono-
ris vas prelati qui est prelatus ad gloriam · et corpus vera dignitas
tas Secundo notatur istorum vasorum qualitas Debet enim domini esse
in corde per devocionem Gen xliiii Cyphus domini [illegible] aquas
hic in corde devoto · quod ex habundancia devocionis sepe inun-
datur lacrimis Jere xx Sermo effectus est sermo domini in corde meo
sicut ignis exestuans claususque est in ossibus meis et defeci ferre
non sustinens · quia devoto corde inflamati non potest in cor-
de celari Secundo in ore per predicacionem Gen xliiii Afferte fru-
menta que emistis in domos vestras · et fratrem vestrum minimum ad me
adducite · xpm scilicet quem induere debent in corda hominum ferendo
frumentum predicacionis ne impleatur in eis illud Osee xii Ef-
fraym pascit ventum et sequitur estum tota die mendacium et va-
stitatem multiplicat · et fedus cum assiriis iniit · et oleum in Egipto
ferebat Effraym fructificans prelatus qui pascit ventum sectando
vanitatem estum sequitur inflammatus cordis cupiditate · menda-
cium multiplicat · simulando sanctitatem · fert oleum in Egiptum · dum
palpat vicia Tercio serviet eum in manifesta operacione sicut Sy-
meon in ulnis suis ferebat Jesum · ut talis sit prelatus vita · quam
doctrina Hebre vi Ad portam xpi feramur qui crepe [illegible]
cere et docere Quarto in toto corpore per mortificacionem sicut
in Nu iiii Filii Merari ferebant thabulas thabernaculi · et ea que
erant solida et dura Merari amaritudo interpretatur hii sunt
prelati qui se emundant et mortificant continue amaritudine
passionum · qui portant dura et solida quia in tribulacionibus debent
esse solidi Tercio notatur sanctitas prelatorum cum dicitur mun-
dum Debent autem habere quadruplicem mundiciam scilicet in affectu
in aspectu · in tactu · in actu De primo Prov xxii Qui diligit
cordis mundiciam quia fecerit conveniunt quod nec dum pro-
dit in opere motus mentis · etiam prestita cui ex reatu
affectionis lux enim eterna sicut immutabiliter fulget sic pe-
netrabiliter videt · ut deum nos ab ea videri non credimus velut

oculos clausos in sese tenere ne eam nobis sed nos ipsi abscondi-
mus. Hec est cardinalis affectio per quam subtrahitur nobis etiam
beata visio divina ait v. Beati mundo corde. De secundo Abacuc
primo Mundi sunt oculi tui domine ne videant malum et ad
iniquitatem respicere non poteris. Oculi isti ministri dei sunt qui po-
siti sunt ut speculatores in ecclesia dei sicut oculi in capite qui in al-
to ita se habebunt ne videant vel petent. Oculus enim est mentis
virginis vel sicut speculum et eius [illegible] nuntius. et ideo quicquid oculi
exterius aspiciunt interius menti imprimunt et concupiscentia que est in cor-
de. De primo inficit oculos sicut cordis nuncios et mentis virginis
vel sicut speculum maxime male inficitur per fumum exalantem per
infectus oculus mulieris inficit oculos viri. et ista infectio ad cor
· et ita affectio vel infectio assimilatur precedens de corde ad oculos in-
tuentis procedit ulterius ad oculos et cor alterius patientis, hoc enim im-
facere [illegible] quia procedit ex oculis venati. Hec enim [illegible]
dati sunt sacerdotes et levite et mundanum [illegible] per oculos suos qui
sunt porte in castris corporis mei. et ideo maxime custodiende sunt
porte castri. De tertio Gen. xx. dixit Abimelech excusando se
quod non tetigerat uxorem Abrahe In simplicitate cordis et mun-
dicia manuum mearum hec feci. et dixit dominus ad eum Et ideo custodi-
vi te et dimisi ne tangeres eam. Sicut enim ex tactu florum faciliter
destruitur ita ex attrectatione illicita continentia perditur. Tactus facit
florem marcere. et tactus illicitus coram deo et angelis conti-
nentie florem fetere. Hec [illegible] ad iuvenem et filiam Dabit tibi quis
[illegible] manu sustentabit lassam. et presse digitis aut
temptabit aut temptabitur. Certa tactus enim maxime viget de-
lectatio animalis. et ideo maxime libidinis occasio. De quarto
Gen. xxxv. Jacob composita domo sua ait. abicite et mundate vos
mutate vestra quia in [illegible] ecclesie contingit secularem prudentiam in co-
et mutari a veteri conversacione et maxime sacerdotibus [illegible]
ait Si sacerdotes prevaricantur totus populus convertitur ad peccandum
Unusquisque autem [illegible] pro peccato suo reddet rationem, sacerdotes
autem non tantum pro suis sed etiam pro alienis omnibus peccatis, et quando
videntur arborem foliis pallentibus marcidam intrinsecus aliqua
culpam habet certa radicis. Ita cum videris populum indisciplinatum
cognosce quod eius sacerdotium non est sanum. Beati ergo eos decet
mundos. qui sunt discernere inter mundos et inmundos, rapere et ab
aliis separare. Psalmus Quis ascendet in montem domini aut quis
stabit in loco sancto eius Innocens manibus et mundo corde. Vita enim sacer-
dotum aggravatur eo quod immundi alios [illegible] non possunt et
eo quod pro aliis intercessores fuerint et veniam non afferunt [illegible]
eo quod domino consecrati sunt et eo quod individuitate vite sponse obli-
gati etiam duxerint etiam votum emiserunt et sic uxori sue obli-
gati sunt. ut de cetero non habeant potestatem corporis sui carna-
lem copulam appetendi etc.

Venite filii audite me timorem domini docebo vos. Docet [illegible]
pastores et magistros breviter in verbis proposito seriem officii
pastoralis quantum ad tria. Scilicet quo ad officium pastorale veni-
ant per rectam intentionem respectu dei. quid in ipso vivant per hone-
stam conversationem respectu populi. Quis ad se redeant per ...
lem meditationem respectu sui. Veniant et invitati. Venite; vocati
ut filii. audite. redeant ut timorati timorem domini docebo vos. Propterea venientes
in tendendo ad officium pastorale invitati Venite et veniant ad officium
pastorale invitati ab antiquis per [illegible] [illegible] ut ab extra per [illegible]
obediens vel ab inferiori [illegible] instancia vehementia. ut a superiori [illegible]

superexcellentiam. De primo Prov. ix dicit sapientia: Si quis est parvulus veni-
at ad me et insipientibus locuta est: Venite comedite panem
meum et bibite vinum quod miscui vobis. Parvuli et insipientes
quos invitat sapientia hic humiles et de mundane sapientie astu nihil
habentes, quos hic invitat sapientia [?] in animis, nec in verbo nec in facto
habentes. Tum hic sapientiam habent in animis, nec in verbo ac in facto
nec in signo. Hos invitat ad sui corporis et sanguinis misterium quod
sub specie panis et vini conficitur. De hoc ait x°: Venite pau-
peres venite ad me. Talium est enim regnum celorum. Venite ad me potius
tam inspirationes, non per propriam ambitionem, non per alienam
machinationem, non per carnis et sanguinis cognationem, non per
violentam intrusionem. De 20 Luc. xiiii° dicit paterfamilias servo
suo: Exire invitat ut veniant. Vino ut compellerent intrare. Huiusmodi
qui iam invitati sunt et tituli obtinent regendi sunt ne insisterent
commissi ad ordines suscipiendos, commissi ad beneficiandi per se ipsos non tamen
per vicarios, sed committunt alicui ecclesie officium. Aliquando sacramenta ingerunt
insequuntur. Dicunt patrimonium Iohannis x: Omnis quotquot
venerunt fures sunt et latrones. Qui deberent incorporare ipsos predones
sicut veri predicatores. Apoc. xix: Clamavit angelus omnibus avibus que
volabant per medium celi: Venite et congregamini ad cenam magnam Dei
ut comedatis carnes regum et fortium et equorum. De iii° ait xiiii°:
Domine si tu es iube me venire ad te super aquas. Cerve magna
dicitur quorundam prelatorum qui ipsi Christum non timent aquas tribu-
lationis. Sed mittunt se in mare magnum et spatiosum ubi reptilia et
parvula quorum non est numerus. Et aque multe non possunt extinguere
caritatem. Sed audiant Christum invitantem: Venite post me faciam vos
fieri piscatores hominum, non aucupes ut aucupes venant avibus non
venatores sicut illi qui usque ad canos intendunt campis et ve-
nanti ferarum animalium non animarum. De confratrum [?] laboribus, et di-
mittis. Non mercatores ut illi qui vendunt [illegible]
sacramenta. De quarto ait xxv: Venite benedicti patris mei, sed omni
letus dicitur: Spiritu prelatus qui spiritualiter laboraverunt spe-
ciali gaudio gaudebunt. Ait x: Venite ad me omnes qui laboratis
et onerati estis et ego reficiam vos. Non decipiam sicut mundus
non infirmam sicut caro. Sed reficiam ex manifestatione bonos in hore
cum [?] congregasti ex eis. Venientes venit in celis per mai-
Secundo quod in prelationibus vivere debent tamquam ut filii et si
filius dicitur quod sit ut ille qui genuit Christum aut nos genuit
in quo summa potentia sapientia clementia iustitia. Filii Dei sunt
qui in suspicionibus representant vestigia potentie. Ecce Ephes. v: Estote
imitatores Dei sicut filii carissimi. Ait ergo vestigium potentie in carnis
mortificatione. I Reg. iiii: Confortentur manus vestre et estote filii
fortitudinis. Ut per carnis mortificationem recognoscat in nobis
pater filios passionem. Gen. xxxvii: Miserunt tunicam Ioseph
intinctam sanguine qui ferret ad patrem et diceret: Vide utrum
tunica filii tui sit an non. Quam cum cognovisset pater ait:
tunica filii mei est. Sed ve nostre carnalitati. Dan. xiiii°: Sacer-
dotes Bel ingressi sunt nocte iuxta consuetudinem suam et uxores
et filii eorum. Et co. d. et bi. Quia quidam comedunt, panem non
mortificationis, sed voluptatis ventris et veneris. Quibus Hebr.
xii: In disciplina perseverate. Filii si extra disciplinam estis
ergo non filii sed adulteri estis. Ait vestimentis sapie in pre-
dicatione. Eccl. l°: Exclamaverunt filii Aaron in tubis ductilibus
sonuerunt et auditam fecerunt magna voce coram Domino. Tunc omnis
populus simul properaverunt. In filiis Aaron sanctitas conversationis
in clamore fervor predicationis, in tubis ductilibus spes retri-
butionis, in auditu vocis extreme timor damnationis. Nam enim

sacerdos vel prelatus ondit sanctitatem in conversatione feruorem in pre
dicatione · prudentia electorum · suffragia restorum · tunc conuenit eorum subditos
diuini Ve vero mee ceritati Ysa xxx filii mendaces · filii nolentes
audire legem dei · qui dicunt videntibus · nolite videre · mendaces
sunt multi et in peccatoribus manifeste · in confessionibus et absolucionibus
multis occultis · animas decipiunt · quia veritatem legis diuine nesciunt
· vel nunciandi est quia presumpcione audet fieri speculator · qui cecus
est · precero qui mutus est · pugil qui mancus · medicus qui non nouit
morbum · architectus qui non nouit edificium · agricola qui non nouit
creaturam · et quod miserabilius est quod non eis sufficiat ad dampnacionem
quod nesciunt · sed etiam scientes et eos vitare volentes quidem impediunt · quia
dicunt videntibus · nolite videre Sit vestimentum clemencie in dulci amo
re · i · Cor · iiij · Non ut confundam vos hec scribo · sed ut filios karissimos
moneo Nam sicut in dulci aqua nascitur planta que non salescit in
salsa · sic subditi nascuntur ex dulcedine clemencie · qui non nascuntur sub
tyrannide violentie · et nobilius sunt generosarum ferarum est pri
dere non crudeliter · sed ignobilium venatorum · probus et dentibus lacerare
Ve vero mee crudelitati · signa similes struthioni qui negligit fauorem sua
sua · dimittit ad filios quasi non sint sui Job xxxix Ipsi hic exprimunt
eos · et trahunt ad violentia iudicia · quia non sunt patres sed vitrici
Et ubi est illud apostoli · filioli mei quos iterum parturio · donec formetur
christus in vobis Sit vestimentum iusticie in correctione Gen xviij Scio
quod precepturus sit Abraham filiis suis · i · christus discipulis ut faciat iusti
ciam Iusticia prelati est ut videat et exhibeat paritatem in supp
plicibus in primo · seueritatem in vitiis · opportunitatem in negociis
et si dominus debitoris consideret · sed sunt qui corrigi nequeunt
collerent · sed quidam hec condicione delinquentium temperet
cum pusillanimitate et timiditate vinderet Ve vero mee pusillanimi
tati et timiditati qui sunt similes Hely qui nouerat peccare filiorum
nec eos corripuit seueritate patris Non est inquit filii mei bona
hec fama quam audio Sunt et alii quorum iusticia est apparens sed
falsa · qui contra hunc correpcionem · penam permutant · quasi mali
medici qui modicis emplastris volunt curare omnem infirmitatem
tumor enim corporis qui sit causa egritudinis curandus est non bur
sa · que non peccauit Ve vero quod hic facio eo quod plus timetur pe
na pecuniaria Vnde Cyprianus Non timetur quod redimi
tur Tercio videndum qualiter debet prelatus ad se redire per hu
milem meditacionem Vnde sequitur Timore dominj correcto vos Ysa xxx
iiij · sicut legitur lxx · Oculi eorum videbunt terram de longe · cor ve
strum meditabitur timorem Quis enim rediens ad cor suum conside
rat quanta est distancia inter vos et eos qui sunt in illa celesti patria
Non est mirum si timeat · iste timor maxime competit prelatis
propter quatuor · propter eminentem puritatem Eccl · ij · Qui timet dominum
preparabunt corda sua · et in conspectu illius sanctificabunt ani
mas suas hij sunt prelati qui timere debent ne accesserunt ad
regimen populi · cum impuritate mentis · quia plerumque sub pallio
faciende edificacionis latet appetitus honoris · et si quis cum
hac passione ad curam accedit latens scintilla primam in cu
piditate ignem erumpit et cum ea eius ad regimen peruenit · vix
restat ille in latebris cordis dum expeditam dominandi potius sapit
Prouerbiorum xiiij sapiens timet et declinat a malo · stultus autem transilit
et confidit Secundo propter cordis aut corporis imbecillitatem re
vera magna virtus corporis et anime requiritur in officio pa
storalis officij · licet quidam vitant regere ecclesiam · qui magis
regi deberent per senectutem propter quod Gen xix Loth videns senectute

cum et pruum imbecillitate timebat ascendere montem. Et p[ost]ea
Servite domino in timore. Tercio p[ro]pter hoc omnis difficultatem
et quid mirum si timeamus cum Paulus qui fuerat raptus in celo
spectator [illegible] divinorum secretorum, qui ope transcendebat excellencias
aliorum hominum, et tamen ipse timuit considerans hoc officium. Et ego
inquit fratres in timore et tremore fui multo apud vos. Timebat
etiam ne aliis predicans ipse reprobus habeatur. Quarto p[ro]pter ho-
noris dignitatem. Ideo secundum Apostolum Noli alta sapere sed time. Qu-
to enim gradus altior, tanto casus gravior. Gravior autem est pu-
gna demonum contra prelatos et gravior conus culpe et gravior
pena et graviorem indiget vita aliorum primam. P[ro]pter quod Cant. tercio
Fortes illi qui sunt ad bella doctissimi tenent enses super
femora sua p[ro]pter timores nocturnos. Cant. iii° lectulum Salomonis
lx fortes ambiunt ex fortissimis israel omnes tenentes gladios et
ad bella doctissimi, uniuscuiusque ensis super femur suum p[ro]pter timores
nocturnos. Lectulus enim Salomonis ecclesia sanctorum in quibus ipse per
graciam requiescit, quem lx fortes ambiunt quia plati in sex etatibus
pietatis et x preceptis Christi nituntur, qui sunt fortes in fide, fortiores
in opere, sed fortissimi in tribulacione et passione. Omnes tenentes gladi-
os, ne forte putent quod provocatur ad bellum cum mortuntur ad plus
et ne cum bella senserit tunc primo querant suos gladios, sed
semper ad manum habere debent gladium verbi Dei, sicut petrus ex
singulis arche ingens liberatur extrahi, quibus eadem debet ar-
ma portare et enim tenentes gladios non habentes tantum, hoc est non
tantum scientes verbum Dei sed secundum illud viventes, et hoc gladios for-
tes, p[ro]pter gladium ex utraque parte acutum qui ex ore Dei in apocalipsi
dicitur processisse quia sermo debet movere ad timorem et alli-
cere ad amorem. Bene ad bella doctissimi quia ars artium est re-
gimen animarum. Nam si necesse est esse doctissimum omnem qui militat
de istis contra fortissimos ita eciam et doctissimos ne noverunt
astucias eius qui se transfigurat in angelum lucis. Uniuscuiusque ensis
super femur suum et [illegible] hoc primum timor nactus cum sint
in vita pastore apparuit, non quicumque ad ministerium eligitur eli-
gitur et ad regimen circa Jone p° Timuerunt naute timore
magno et omnia ho. Ideo si enim mercatura navem preciosiorum
scium mercibus equorum pelagi videremus gubernando transire non
essem sine timore, sed me ingerem ad hoc officium cuius non ha-
berem industriam vel exercicium. Hoc proposito aut ubi naufragantibus
non tantum occurrerent maris pericula sed casus preciosi anime et cor-
poris ad infernum. Quid mirum si timetur cum in multis peccare co-
guntur qui in medium adducuntur. Job: Semper enim quasi tumentes super
me fluctus timui dominum, et pondus eius ferre non potui. Item si presi-
sus esset militaris amicorum dignitatis et pellipariis aut alius
opifex [illegible] traheretur in medium ut eidem committeretur exercitus, quis illum
argueret si timeret et pro timore officium declinaret. P[ro]pter que in p[ro]posito 8

Filii tui sicut novelle olivarum in circuitu
mense tue. In spiritu propheticus vult David declarare in verbis
proposito tria que pertinent ad promovendos: conformitatem divine
assimilacionis, cum dicitur filii. Filius enim secundum Augustinum dicitur quod sit ut
ille qui genuit. Ephes. v: Imitatores Dei estote sicut filii karissimi.
Puritatem incorrupcionis, sicut novelle olivarum, que sunt fructus
novelli et viridiores, quia puritas incorrupta in filiis Dei debet
in se vigere per bonam vitam et alios vivere quo ad famam. Exodi
xx°: Precipe filiis israel ut afferant tibi oleum de olivis purissimum

et lucidum. Dignitate sacramentalis ordinacionis in quantum ministre. Magna enim dignitas currere et ministrare in mensa domini, quia
ibi gaudebit digne ministrantibus magna gloria in regno. Unde filius servi
seculi reddet gratiam, quia quantum comederent in mensa tua domine enim
ministri comederunt dum spiritualiter participant in eucharistia. Habeat ergo
ordinandus conformitatem ad deum per castitatem quo ad suscipiendum sacramentum et impleat in eo quod dicitur
Sicut filii tui. Quo ad primum nota quod conformitas est ad deum qui castus
est si appareat in corpore, patet per castitatem per carnis mortificationem, sit
in ore filii veritatis per sacre declarationem, sit in corde, sancti luminis
tas per dilectionem. De primo in regno. Confortemini et manus vestre et estote filii fortitudinis in vestris mundicia. Bene fortitudinis
ut Christi mortificatio iugiter representetur in corpore vestro. ut per carnis
mortificationem recognoscat in vobis filius passionem. Gen. xxxvii. Vide
utrum tunica filii tui sit an non. quam cum vidisset pater ait tunica
filii mei est. Sic deus cum videt in carne vestra vestigium sanguinis
Christi. Sed hanc castitatem impedit quedam lascivia in illis qui sunt similes filiis Hely de quibus dicitur i Regum ii. Nesciebant officium
sacerdotum ad populum. magis vacabant filii Hely circa epulas quam circa
hostias. Unde dicit nesciebant officium sacerdotis ad populum, quia si scirent
curati, quo sunt pro illis ab omni obligati, non vacarent voluptati
Prov. vi. Fili si spopondisti pro amico. Defixisti apud extraneum manum
tuam. Crisostomus super lib. de dignitate sacerdotis. Nemo puto aliquis sacerdotum qui pro peccatis suis vehementer prodetur ob nonnullis excusacionibus
admirandum. Sacerdotem quem accusabitur pro aliorum delictis.
Nullum enim habebit in excusacione suffragium etiam si unus alius
tenere sapida fuerit intemptus. Appareat secundo in ore filii
veritas per sacre declarationem vel predicationem i Thess. v. Omnes vos filii lucis estis et filii diei. non sumus noctis neque tenebrarum. Precipue enim et maxime curati qui susceperunt suspendi officium debent illuminare luce sacre corda subditorum. Alioquin non
sunt tube ductiles quas habebant filii Aaron. Num. x. Vestimentum
et tintinnabula que sonitum reddebant cum Aaron ingrederetur sanctuarium ne moreretur. Exo. xxviii. Sacerdos ingrediens vel
egrediens moritur si de eo sonitus non audiatur, quia ut iam
sacerdos ...tabiliter dicit, non sumus noctis et tenebrarum. Quedam enim sunt
noctiluca sicut dicit Plinius que lucent de nocte et in tenebris sicut
putrida vermes et squame piscium que de die non lucent
luce propria sed aliena, sicut sunt sue lucratiue. que modo lucent
et lucebunt quamdiu erimus in nocte et in tenebris, sed adveniente
die iudicii obtenebrabuntur et cessabunt omnia figmenta hominum. Sed
hanc veritatem impedit ignorantia. Ceterum enim sunt de lege
divina quibus committitur animarum cura. Isa. xxx. Populus ad iracundiam provocans est et filii mendaces, filii nolentes audire legem dei. Unde dicit papa Leo. Cum ipsi qui promovent
indignum et ipse quem eos promovet et qui eos faciunt promoveri inutiliter peccant. Unde Crisostomus de dignitate sacerdotis. Qui ordinat
indignos, eisdem subiacent penis. quibus et ipsi qui indigni sunt
ordinati etiam si dicant se eorum vitam ignorasse, quia huiusmodi
debent cito manus imponere ne peccatis communicent alienis i Thim. v. Si enim inconveniens est quod nesciens mederi facit se medicum
aut emit equum tam diligenter exquirit eius vitia et tanto que
plus ... multo magis inconveniens quod ignorans ad tantum officium et

3a dz hic ordinandis p° conformitate ad deum
conformitas ... ad deum
Curso
2a

ubi tamen est periculum se ingerit et nichilominus eidem inquietus
quantum ad eum qui ita fallit indignum promovet et ad sacramenta-
lem ordinationem eum recepit. Appareat etiam bonitas spiritualis
in corde per dilectionem. Tob. xiiio Jerusalem civitas dei le-
taberis in filiis tuis etc. Civitas civium unitas, tunc enim leta-
mater ecclesia que in subditis et prelatis est unitas et concordia
Sed hanc unitatem et concordiam impedit discordia que se in-
pugnat ex modica causa et sic dissipatur etiam. Cant. 1o Filii
matris mee pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in
vineis, vineam meam non custodivi, et ideo quia non habuit ad sub-
ditos dilectionem dereliquit gregem. Sic efficiantur emuli
et diligendi gratia est natura magis debebant filios diligere vel
subditos spirituales quam pater vel filios naturales etc. Secundo non?
puritas incorruptionis, unde Ps. sicut novelle olivarum, maxime
in illos qui tractant hostiam sacram dignissimam, sanguinem
illum sacratissimum ob illud quod perficit ineffabilia verba que
non licet alii loqui, animam illam que perficit populi vota et offert
dei munera. Postremo et ipsi sacerdotes qui hora immolationis
assistit inter cuneos angelorum regi suo militantium. Immo qui maior
est omnibus angelis cui creditum est ministerium quod non est
creditum eis. Quantum oportet habere puritatem incorruptionis qui sub no-
mine olive hic designatur. Jer. xi Olivam uberem fructiferam specio-
sam vocavit nomen tuum. Habet autem oliva in ligno rectitudinem, in fo-
liis virentibus pulcritudinem, in fructu dulcedinem. In hiis enim tribus
signantur tres species puritatis que sunt rectitudo intentionis, hone-
stas et pulcritudo conversationis, fructus et dulcedo devotionis. Zach. 4
Apoc. xi Hii sunt due olive et duo candelabra lucentia in conspectu
domini terre stantes. Bene stantes quia erecti per intentionem ad ce-
lestia non inclinati per cupiditatem ad terrena, sicut illi qui non
attendunt fructum sed datum et importune se ingerunt, cum tamen di-
cat decretum: Eligatur rogandus, rogatus recedat, invitatus fu-
giat. Sola illi suffragetur necessitas excusandi. Hic est in omni
sacerdote regula generalis. Sed aliter in aliquo autem est re-
gula violata. Secundo Gen. viii Venit columba ad archam
portans ramum olive virentibus foliis in ore suo, sicut faciunt
qui veniunt ad conscientiam suam nichil inveniantes in ea vigo-
sum quod displiceat deo vel inhonestum quod displiceat proxi-
mo, non sicut corvus qui ad archam non reverterit, vel quia cadavere
cupiditatis illectus est, vel quia aquis carnalitatis interceptus est.
Hii sunt qui ecclesiam polluunt quia honestatem vite non custodiunt.
Sed fingamus aliquam maximi regis filiam excellentem pulcritu-
dine et moribus omnes viros et mulieres, desponsatam sponso
qui ad eam afficitur tanto amore et zelo quanto nullus alius
amator posset affici. Si talis sponsus audiret de sponsa sua
per aliquem vilissimum leccator et turpissimum et despectissimum
in omni genere sive vite et morum vellet eam ducere in co-
niugem, multum indignaretur. Ita et in proposito indignatur dominus
Jhesus christus valde in eos qui inhoneste tractant ecclesiam
sponsam Christi. De 2o in Ps. xvo David ascendebat clivum oliva-
rum scandens et flens operto capite et nudis pedibus incedens.
Hic David tenet typum anime contemplative que scandit pro-
ficiendo per devotionem, flet per contritionem operto capite, cum vere-
cundatur per peccatorum recordationem, nudis pedibus per parvam con-
fessionem. Et bene dicitur flet quia bene incumbit flere sacerdotibus

et prelatis cum eorum peccata graviora sint quam peccata subditorum Unde
Ber[nardus] vi li[bro] de dignitate sac[erdotali]. Offerre iubebat dominus pro sacerdote
errore sacrificium tantum quantum pro toto populi delicto, quo nichil aliud
indicatur quam quod maiorem indigeant adiumento vulnera sacerdotis
et tanto quanto simul omnia populi multitudo, maiora autem non
vident nisi maiorem indicatur, graviora autem efficiuntur. non condi-
cione operis, sed dignitate facientis Tercio videtur dignitas sa-
cramentalis ordinationis ... In cuius mense tue debent
esse primo in cuius conspectu et deinde in cuius mense diiu-
tam. domino, et ideo nullus deberet accedere ad ordines nisi primo
confessus Continet hec mensa dominica plenam refectionem corporis
... Nam rationabilis suam ibi habet refectionem in plenitudine
bilis suam in plenitudine bonitatis Concupiscibilis suam in plenitudine ... Regina
Saba omnem sapientiam Salomonis ... de primo iii Regum x. Videns
domus ministrancium et vestes ipsorum et cibos mense eius et or-
mense eius, id est corpus et sanguinem Christi. non habuit ultra spiritum. cibos
sa. et ordines ministrancium quantum ad decenciam ... et vestes
eorum, hec est femoralia linea, quantum ad respondenciam ...
tunica byssina. quantum ad mundiciam mentis, tunica iacinctina quantum
ad serenitatem contemplationis. balteus, quantum ad rigorem discrecionis
rationale quantum ad virtutem discrecionis, superhumerale quantum ad
omnes ... ephod ... vel tyaram quantum ad ...
lamina auream in fronte pendentem. quantum ad signum ...
... que sunt octo genera vestimentorum sacerdotalium
De eo xx. ... posuit mensam ... candelabrum ... mensa illuminatur
cognoscendi ea que geruntur in sacramento altaris ...
oculos spirituales ad comedendum lignum vite ...
oculi carnales in primis parentibus ad comedendum lignum scientie
De eo Job xxxvi Requies mense tue erit plena pinguedine, quia
non delectetur in ... tante dulcedinis ...
palatum infectum amaritudine ... Ergo digne ...
... in hac mensa ... ad ... mensam ... De qua
... xxii Ego dispono vobis regnum ut edatis et bibatis super men-
sam meam Quod nobis prestare dignetur

9 Sanctificabor in hiis qui appropinquant michi Levit[ici] x. Narrata
hystoria nota dico competenciam in ordinandis dignitatem
officiy in hiis qui appropinquant in sanctitate ministrii sanc-
tificabor ... in exequendo ... in suscipiendis ordinibus, ...
... Quantum ad primum notatur dignitas que magna est
tum appropinquatur ad ... Num xvi Sacerdotes applicabit sibi et
quos elegerit dominus appropinquabunt ei, elegerit scilicet ad dignita-
tem. ad quam non elegit angelos. Debent autem appropinquare ad
deum in dolore contricionis. in timore purificacionis. in fervore
dilectionis De primo Jacobi iiii Appropinquate deo et appropinquabit vo-
bis. emundate manus peccatores per satisfactionem purificate
corda per confessionem. miseri estote et lugete per contricionem De eo
Deut. xxxiii Omnes sancti in manu illius sunt. et qui appropinquant
pedibus eius accipient de doctrina illius. Antiqui sunt illi qui
ex timore se per ad pedes dei humiliant et indignos se repu-
tant sicut sancti qui propter ordines antiquitus fugiebant De eo
Jere. Quis est iste qui applicet cor suum ut appropinquet michi ait dominus

Hij sunt qui a terrenis cor suum separant ut se deo uniant et quia di-
lectione quam habent ad deum et proximum se ad ordines suscipiunt
Sed peccant quidam quia ex consilio appropinquant non in dolore sed in exul-
tacione non timore sed in presumpcione non in dilectione sed in mani-
festacione · non timore · sed in presumpcione · non in dilectione sed in spon-
sione De primo amos vi° Ve qui opulenti estis in syon et
sequitur Cum appropinquatis solio iniquitatis qui dormitis in lectis
eburneis et lascivitis in stratis vestris qui comeditis agnos de
grege et qui canitis ad vocem psalterii Ubi nota triplicem exul-
tacionem inordinatam · in actu gestu · et auditu De 2° leuitici 10
Cauete ne appropinquetis ad altare per quod in Regum v° Oza percussus
a domino qui indigne accessit ad archam   figura horum
qui indigne ministrant vel promouentur ne seruat commenta Exo 28
Utentur aaron et filij eius feminalibus lineis cum appropinquant al-
tare domini ut ministrent ne iniquitatis rei moriantur De 3° Luc
xix° Cum appropinquaret iesus Ierusalem flevit super illam Et sequitur
cepit eicere vendentes et ementes in templo Per quod homines
mali et ambiciosi qui tradunt Jesum et vendunt hec exempla Ju-
das appropinquant ad Iesum ut osculentur eum Secundo notatur sanctita-
tis de qua sanctificacione se ad
ministerium eius dicit sanctificabor De qua · sanctificacione corporis pro-
cessa · per Deus autem pacis sanctificet vos per omnia et Corpus ergo
sanctificetur per mortificacionem · anima per compassionem · spiritus per devoci-
onem · hec est quantum ad se ad proximum ad deum De primo Ro vi
Obsecro ut exhibeatis corpora vestra hostiam sanctam et et vj Sicut ex-
hibuistis membra vestra servire immundicie et iniquitati ad iniquitatem
ita exhibete membra vestra servire iusticie in sanctificacionem sicut vestra Se
sit mortificacionis nunc pene quantum sunt delectacionis in culpa De
2° Exo xxx Composuit beseleel oleum ad sanctificacionis unguen-
tum Et de vini hanc sanctificatum est thabernaculum et omnia vasa
eius oleum in quo superfluencia compassionis et misericordie De 3° ad
Tessalonicenses 2° Elegit vos deus primicias in salutem in sanctifica-
cione spiritus Et illud ad hebreos ix Si cinis vitule aspersus san-
ctificat ad emundacionem carnis quanto magis sanguis christi et ut
est devoto que habetur in media passionis eius et

Sic vos existimet homo et ut ibi ut fideles quis inveniatur
Sic cor xiiij° Informat aliquis promouendos in tribus in sancti-
tate que pertinet ad mundum In predicacione que pertinet ad execu-
cionem officium et in fidelitate que pertinet ad proximum De primo mi-
nistros christi i oportet esse sanctitatis Exo 3 oleo sancto meo unxi eum
lxxxviij Scitote iudicem ipsi sit et minister eius De 2° dispensatores
etc De 3° hic iam queritur ut fidelis quis et Sanctitas ergo promoven-
di notatur cum dicitur ministros christi Gal ij° Nunquid christus peccati minister
est · absit Et quia in christo reperitur mundicia que declarabatur
in nativitate Sapiencia · que declarabatur in passione Potencia
que declarabatur in resurrectione Iusticia que declarabatur
in finali retribucione ideo promouendus minister christi esse debet
mundus discretus robustus et iustus · que pertinet ad exteriorum
conversacionem plenius declarabitur Debet ergo minister christi esse mundus
quantum ad continenciam i Regum ij° Samuel ministrabat ante faciem domini
puer accinctus ephot lineo · et tunicam parvam faciebat ei mater
sua Ephot linea vestis · carnis et mundicia quam debet habere
promouendus ut sit continens quantum ad affectum · quantum ad aspectum
quantum ad tactum · quantum ad actum Et tunicam parvam facit ei
mater sua · quia carnis integritatem eius qui promouetur in sacris
ordinis exigit · i Regum xxi Si mundi sunt pueri maxime a mulieribus

manducet Ozee j. Et ad mo[res] prohibentur primo. et sic ministrent nul-
lum crimen habentes. Prohibentur quantum ad vitam ipsorum et famil-
Vel prohibentur quia sicut enim debent esse peccatoria clericorum ita
clerici promoti . peccatoria laycorum . et sic ministrent observata cas-
trimeria . ad quam tenentur per honestatem clericalis officii . necessi-
tatem voti . auctoritatem dum precepti . dignitate sacramenti . nullum cri-
men habentes. Quia levit xxi. Qui aliqua macula maculatur ad
ministerium altaris accedere prohibentur. Et de ministris immundis et
luxuriosis. Item mo[res]. Non cessabant ministri regis succendere for-
nacem Nabuchodonosor erant enim ministri sui i. dyaboli. Sunt enim clerici
promoti quibusdam hodie succendit fornacem libidinis ubi forma-
tur vasa contumelie et infamie . et succenditur fornax napta que
est fex olei . et fit defectu pme . et stuppa que cito succensa extin-
guitur que sunt superflua ornamenta . et pice superfluitate s. luxurie et ma-
livolentie. Hys enim quatuor avaricia superbia luxuria violen-
cia corrumpitur in malis clericis . et infamatur ad malum exemplum . qui
non honorat sed dehonorat suum ministerium ut Paulus . sed maledictus
minister qui reliquias suas blasphemat . Quod ipsi faciunt qui in re-
verenter tractant sacrosancta misteria sine timore . sicut sacramenta
[illegible] accipit . Predicta in auctore madidine . et deflorat virginem
[illegible] concupita . non impugnat . contra quem posset [illegible]
ret si equitat[illegible] invenietur . eo quod luc xxii. Accendit ignem
in atriis suis sacerdotes . ut ministri eius calefaciat se . se ad [illegible]
Qui debuerant esse pastores et fuerunt [illegible] . angeli . et fuerunt demones
ministri . ministrare [illegible] et fuerunt antiqui . Debet etiam esse minister [illegible]
districtus pro xv. Acceptus est regi minister intelligens . qui habere
debet intelligenciam sacrarum scripturarum . secularium scientiarum . in
quantum ducunt ad pietatem scientiam . et secularium negociorum . quia ut
dicit Canon . debet non solum spiritualia sed etiam temporalia subditis
et utilitate prudentibus ministrare . i ad [illegible] Ymo [illegible] pro[illegible]
talibus . bonus eris minister Jesu Christi enutritus verbis fidei et bo-
ne doctrine quam assecutus es. In quo enim que fidei sunt et do-
ctrine debet habere sinonendi [illegible] competenter et si non [illegible]
tem . non enim sufficit in eis vita sancta . ne sint sicut [illegible]
prosperitate congaudeas. Ille utriusque rei participem se esse confessus
est. Cui senex: Noveris te inquit in futuro seculo in eorum sorte
inveniendum cum quibus in hac vita in lucri detrimenti vel consor-
tio vel gaudia vel merore gustaveris. Propter quod hoc renuntiasse debe-
mus. Carnali affectu ne turbetur spiritus aut retrahat a con-
templatione dei. Hester ult. Ingressa est Hester per ordinem cuncta
hostia stetit contra regem. Hester abscondita anima claustralis
et religiosa quia deus abscondit in abscondito faciei sue a con-
turbatione hominum que ingreditur per contemplationem ad regem Christum sed
intrat cuncta per ordinem hostia. Primum est hostium sensus ex-
terioris, secundum imaginationis, tertium rationis: et transita exteriori hostio
sensitive et interiori ymaginative et superiori intellective invenit
regem Assuerum qui abscondit ab inferiori ad interius et ab
interiori ad superius et inde ad supremum que omnia secundum honeste
et secundum ordinem fiant in vobis intelligitur quod scriptum est iii Re.
x. Regina saba admirata est de domo quam edificaverat
Salomon de cibis mense eius et ordinibus ministrantium etc. Ro-
gemus ergo ut vitato loco ubi nullus ordo sed sempiternus horror
inhabitat Job x. sic ordo custodietur in nobis ut colloceremur in
ordinibus angelorum etc.
113 Considerate corvos quia non seminant neque metunt quibus
non est cellarium aut horreum et deus pascit eos Luc. xii.
Notificat dominus monachos nigros ex comparatione similitu-
dinis dicens: Considerate corvos ex quatuor sollicitudine. quia
non seminant ex accepta plenitudine. Deus pascit illos. Qui-
dam quod primum corvus in libris comparatur monachis nigris. Ha-
bet enim corvus coloris nigredinem, clamoris fortitudinem, corporis
fortitudinem, operis desertitudinem. De primo Can. v. Come
eius sicut elate palmarum nigre quasi corvus. Ista nigredo pertinet
ad carnis mortificationem. Come Christi dicuntur religiosi qui
in modum capillorum sunt sublimes conversatione, subtiles cogi-
tatione, capiti Christo adherentes dilectione, insensibiles in tri-
bulatione, sed non inflexibiles. Attritione enim secantur dolorem
sentiunt volunt sine molestia sed non sine sensu doloris
a capite evelluntur quia omnia sunt electis tolerabilia
dummodo a Christo capite suo non secedant. Que come vel capilli
non debent carere pectine discipline ne forte remaneant
in eis pediculi vel lendes remordentes conscientie. Oportet per concordia

no resisti per discordiam hec dicit sicut clare vel periculose pulmonum
vl. tamen pontifices semper ad alta tendentes semper virentes quamdiu in presentia
sunt. sed preteriti accesserunt nigre quia corvus per lamentum penitentie extinctus
deformate sed intimo reformate. Can. i° nigra sum sed formosa
decoloravit me sol in cruce per eclipsim patientis et obscuratus primo
tempore passionis quedam denigratus ... conformatus ut fieret per
eum reformatus et hic est nigra sum etc. Habet etiam corvus clamo-
rem formidinem quod pertinet ad orationem. Est enim avis clamosa
et diversas voces vel sonos format. Et ut dicit Fulgentius Ve-
rmo habet voces imitationes qua religiosi simpliciter et clamantes de-
berent esse ad dominum pro periculis et tacite ... mo gemendo su-
spirando flendo deprecando gratias agendo. Et sic diversitate affe-
ctionum formam diversitas orationum. et sic simplici donum impetret et inten-
dunt. Cum das iumentis escam ipsorum et pullis corvorum. Iumenta
sunt monachi et claustrales freno obedientie vel capistro constricti qui
pascuntur lacte doctrine et celesti alimonie. Pulli vero corvorum
pascuntur rore celesti quia religiosi in orationibus suis reficiuntur de-
votione spiritali. Habet etiam corvus corporis fortitudinem. Unde secundum
philosophum in libro de animalibus Corvus niger pugnat cum asino et thau-
ro volat super eos et pugnat. quod pertinet ad virilem correctionem
ut sint viriles operando bonum. pugnando contra malum ut cum ceteris
qui sunt luxuriosi ut asini. superbi ut thauri. volant super
eos per confessionem boni exempli. Et pugnat per admonitionem verbi
et correptionem facti. Proverbiorum XXX. Oculum qui subsannat patrem
et qui despicit partum matris sue effodiant eum corvi de torrentibus
et comedant eum filii aquile. Oculus subsannantium patrem spiri-
tualem et despicientium fratres suos et religionem sed matrem
simplicia que agnoscuntur in excellentia oculorum. Corvi autem
sunt servi veri qui predicant de torrentibus id est de fluentis scriptu-
rarum. Hii corvi subsannationem oculi effodiunt cum superbiam que sub-
sannationem ingerit eruunt. Filii etiam aquile sunt boni religiosi
imitatores Christi qui ascendit in celum sicut aquila volans. qui
lacerant vestes ... et ... comedunt. Hii oculum
... semper corvus impedit oculos. Habet etiam corvus operis discre-
tionem. Nam pullis suis escam non tribuit donec in eis per-
... nigredinem propriam similitudinem cognoscit. Et hic ut
dicit Ysidorus eos toto nisu pascit. quod pertinet ad religionis
manifestationem. Job xxxviii. Quis preparat corvo escam suam quando
pulli eius clamant ad deum vagantes eo quod non habeant cibos. Quia
fovendi sunt illi qui representant in se formam religionis. qui
in religione regulariter et non seculariter vivunt. quos communitas
pascit et nutrit. Sed caveant claustrales ne corvum imitentur in
... proprietatibus malis. Est enim avis astuta rapacitati de-
dita clamore importuna cadaveribus amica. Primum fit per
fraudulentiam, 2m per avaritiam, 3m per superbiam, 4m per carnis
concupiscentiam. Corvus enim repudiatur ut doceat significat ...
singularis claustris ingredientibus et innocentes, et ... dolos
et fraudulenti effodiunt, et ideo tamquam avis inmunda in lege comedi
prohibetur levit. xi. hec sunt que de avibus comedere non debetis
et vitanda scilicet vulturem. aquilam et griffem. et alietum milvum
et vulturem iuxta genus suum et omne corvinum genus in similitudinem
suam. Aquila quia altius ceteris volat avibus. superbos
designat. Griffes animal pennatum et quadrupes. corpore
leoni similes alis et facie similes aquile crudele animal

homines discerpens · impios et crudeles significat qui humanos
mores in ferina similitudine immutavit. Aliquis qui rapina pe-
stitur sed qui vicibus destituitur minutis tamen aliis quibus prebet
infestus existit, sicut videmus plures qui sunt in solos pauperes
violenti credunt aut quod noceret alii scirent propter voluntatem sicut et vo-
luntate consilium mollis volatu et vicibus fere in omni rapina
sua insidiis nititur eos signat qui incautis insidiatur vultur
lucris gaudet et ipse cadavera sequitur exercitus hii sunt qui seditiones
affectant. Corvus avis astuta in malo sicut dictum est de claustralibus
gnat · hec commendanda non sunt quod moribus imitandi non sunt
Recitatur de duobus fratribus Germanis et quod eiusdem etatis cum unus
esset in claustro positus et alius remansisset in seculo. Cum ad annos
pervenissent discretionis magis malicioso fuit et plures dolos fe-
cit claustralis. Corvus etiam est avis cupiditati dedita furatur enim et
abscondit quod furatum est signans avariciam eorum qui preter suam
et contra voluntatem superiorum suorum ipsum suum abscondunt. Vel aliter
committunt et quod hic vicium accidit ex imperitate prelatorum quia non
puniunt sicut deberent cum videant agere contra id ad quem debilem
et infirmum et agunt cum divina precepta in Re xvii dicit dominus
Helye abscondere in torrente Carith. Corvus enim precepti ut pa-
scant te. Carith interpretatur cognitio. Helyas quasi latens in torren-
te Carith claustralis est absconditus in claustro ubi cognitio
ei divina cognitione pascitur a corvus qui sufficiencia exhibent
ei a suis prelatis ne sit ei evagari extra claustrum aut congre-
gare proprium. Est etiam avis clamore impediens quod precedit
ad suppliciam quem semper clamorosa est et clamore suo se
agnoscit. Unde in li. de instructione patrum dicitur quod prohibitus mo-
nachis placitare si lingua cohibeatur ut non sit clamorosus
in voce. Sophia vox cantantis in fenestra. Corvus in superli-
minari. Gentem in desertis vestibus et cominibus cum habitant
et ibi cursitant. Ita in claustro ubi regnum deserit claustrali
supplet et alter alterum per discordiam impedit. Unde corvus cauca-
tum facit in voce · discordia signat in communitate. Unde notabi-
lia transferendo dicit. Bestie clamabunt in faucibus suis et corvi
in portis aulis. Non enim tamen homines esse racionabiles sed
bestie brutales superbi et discordes. Est etiam avis cada-
veribus amica. Ipse enim pascitur et nutritur et carnibus oblecta-
tur. Unde Gen. viii. Aperiens Noe fenestram arche emisit cor-
vum qui egrediebatur et non revertebatur donec siccarentur aque su-
per terram. Columba autem reversa est ad archam cum ramo vi-
rente olive sicut expositores. Quod corvus illectus cadaveribus
vel forte suffocatus in aquis non redit ad archam. Hii sunt
qui servientes carnalibus concupiscentiis per quam evagant et non
claustrum fugiunt ne revertuntur ad propriam conscientiam quia male
secutus in mundanis periculis. Cum enim forte aliquid columba
delectat sublimitatis magis que talibus se delectat. Sed columba
cum non inveniret ubi requiesceret pes eius ad archam reversa
cum ramo virente redit quia mens non inveniens requiem
nisi in solo deo et divinis redit ad conscienciam ubi delectatur
in amore conditoris. Unde dum rerum prius mutabilia
respicit omnia que pulcra videntur in mundo et delectabilia
vilescunt ei et ea despicit et quod reverendo illud deferet in ora-
cione in quo ardentius faciem sui conditoris conspiceret quia
sicut quanto in creaturis invenit quod delectaret invenit pulcri-
tudo delectabilis foris non tenetur intus delectabilis mens pascit

et commendatur. Non sunt etiam domus claustrales ex paucitate solli-
citudinis d. Non enim seminant corporali exercitio, sicut ille de
quo Luce viii°. Exiit qui seminat seminare semen suum. Qui multum
laborant et parum aliquando colligunt Aggei i°. Seminastis multum
et intulistis parum. Deute. xxviii. Sementem multam iacies in terram
et modicum congregabis. Claustrales autem ergo non seminant
non metunt et multum in horreis congregant. Non seminant
etiam carnali augmento semen quod a tribus filiis Noe dissemi-
natum est omne genus humanum vel hominum. Gen. ix°. Ipsis
enim a quibus egreditur semen coitus immundus Levit. xv. Valde enim
magna immunditia est circa claustrales qui in terris debet ducere
celestem vitam, vacans voluptati carnis ducit vitam brutalem
qui de die osculatur filium virginis de nocte amplexatur filiam
veneris. Non seminant etiam verbi spiritualis ministerio. Semen enim
est verbum dei Luce viii. Hoc enim semen seminant doctores et pre-
lati. Prov. xv. Labia sapientis seminabunt scientiam. Non autem semi-
nant illud claustrales monachi nisi ex commissione Christi et consensu
superiorum suorum. Simplices enim predicare non debent ne forte insti-
gante diabolo credentes seminare triticum zizania superseminant. Matth.
xiii°. Inimicus homo superseminavit zizania. Sufficere enim debet
claustrali maxime monacho quod predicat exemplo caritatis. Non
luceat lux gentibus de hac tractat xvi q. i. c. ita placuit omnibus
ex sancto ... Non seminant etiam multi etiam de quo
dolendum est temporali subsidio. quod pecuniam dant pauperibus quibus
defraudant elemosinas, et ea que collata sunt a piis fidelibus
aptant suis usibus contra illud regule. Et si hospites peri-
plus. non recipiunt eos secundum ordinem caritatis. Primi enim pa-
rentes ad adventum fratrum magis gaudebant fratrum dilec-
tionem quam propriam distrectionem ii Cor. ix°. Qui parce semi-
nat parce et metet. Benedictione enim antiquitus communia spe-
hospites et per recessum eorum refectionem ingeritur per eos magis
elemosina compensabat ut minori precepta tibi. Et diminutio
somni. Non sunt etiam domus claustrales ex defectione plenitudi-
nis rerum digne. Deus pascit illos. Pascit enim deus eos ut corpo-
ra sustententur. Gen. xlviii°. Deus qui pascit me ab adolescen-
tia mea. Nee ix dicitur quod xl annis pavit hebreos in deser-
to et nichil eis defuit. Matth. vi. Respicite volatilia celi et pa-
ter vester celestis pascit illa. Nonne vos pluris estis illis
quasi? Omnia animalia deus propter hominem fecit, hominem
autem propter se. Ergo animalibus ministrat propter hominem. hominibus mi-
nistrat propter seipsum etc. Pascit etiam claustrales dominus ut per eos
necessaria ministrentur. iii Reg. xvii. Corvi pascebant Heliam
et deferebant carnes et panem mane similiter panem et
carnes vespere. Corvi sunt ministri altaris. Nigri per
lamentum penitentie. qui deferunt Helye panes et carnes mane
quia ieiuno stomacho, quia ministrant carnem Christi sub
specie panis. et carnes panem vespere reducendo ad memo-
riam qua sub specie panis dedit Christus in cenam apo-
stolis cibum sue carnis. Pascit eos etiam dominus ut per eorum
suffragia temptationes et pericula populi avertant. i Reg. xvii°.
pascebat servus tuus gregem patris sui et veniebat ursus
et tollebat arietem de medio gregis et persequebar eos
et eruebam eum de ore eorum. Pascit dominus
claustrales in talibus cibis ut eruant benefactores eorum ab ore
diaboli. et pascant eos spiritualibus cibis. Pascit etiam aliquos

eorum de quibus dolendum est ut corpora saginata in festo sollem-
nitatis mactantur. Sicut enim porci impinguantur et postea mactantur
hii sunt qui pascunt carnem de anima non curantes. Job xxiiiio
Pavit enim sterilem et que non parit et vidue bene non fecit.
Ypo quod [illegible] domus. Eze xxxiiiio ve his qui non in pastus
se impinguant domini. Requiram inquit dominus gregem meum
de manu eorum et cessare faciam ut ultra non pascant gregem
meum nec pascant amplius pastores semetipsos. Et infra eodem
sequitur: Ecce ego iudico inter pecus pingue et macilentum etc.

Considerate lilia agri quomodo
44 crescunt. Mat vi. In verbis istis ostendit dominus quis sit
pastoris actus, quis religionis status, quis religiosorum
profectus. De primo: considerate; de 2o lilia agri; de 3o quomodo cre-
scunt. Consideratio igitur est actus pastoris cum dicitur Prov. xxvii
Diligenter agnosce vultum pecoris tui tuosque greges conside-
ra. Agnosce inquit vultum pecoris diligenter ut pro diversitate
morborum sit diversitas remediorum, non sicut fatuus medicus qui
uno collirio omnium vult curare oculos. Sit igitur prelatus pedagogus
puerorum, baculus senum, malleus tyrannorum, adiutor pauperum,
tutor miserorum, ultor viciorum, terror malorum, emulator bono-
rum. Consideret etiam greges suos ut sciat si in regula [illegible]
dirigat actus, corrigat excessus. Et bene diligens considerationem ne-
gligentia quorundam prelatorum qui respondent placationibus offi-
cii, latent in abditis, hic considerent quid agatur in subditis.
Job xxiiiio nubes latibulum eius nec nostra considerat. [illegible]
ventu de talibus prelatis conqueritur. Ad hanc considerationem
inducunt prelatum quatuor: rigor officii, dolor vicii, timor
supplicii, amor premii. De primo Osee vo: Prelatores
sunt omnes vestram considerare tenemur. Hec est si debita est administra-
tio in prelatis, cura in ministris, obedientia in subditis, [illegible]
[illegible] et si aliter contingat, sive a superiori visitante si-
ve ab abbate de statuto [illegible] debite corrigatur. Secundum
est dolor vicii. ii Nee: Quare non mereat vultus meus quia
civitas domus sepulcrorum patris mei deserta est. Et sequitur:
Considerabam murum Jerusalem dissipatum et portas eius
consumptas igni. Murus religionis dissipatus quando unitas in religi-
one solvitur, et porte igni consumuntur quando viciorum ardor
dominatur nec vicia corriguntur, et ipse est qui hodie religio
tamquam vilis clamat per Ieremiam Tren. io: Vide domine
et considera quoniam facta sum vilis. Tercium est timor supplicii.
Job xxiiio: A facie eius turbatus sum et considerans eum
timore sollicitor. Timeant ergo pastores mali qui similes
[illegible] sunt, si grex esurit, qui debuerunt esse sicut aquile in [illegible]
[illegible] in sublimibus, sed fiunt upupa nidificantes in stercore
[illegible]. [illegible] subiectos pauperes et fovent [illegible] et vulpes.
Exemplum de leone qui tenuit capitulum de lupo et vulpe et
asino, et cum lupus dixisset quod agnos de ovibus et arietibus et asi-
nos [illegible] comederat et vulpes de gallinis et caponibus, sed asi-
nus de lactuca quam inveniebat secus viam, excusavit
[illegible]. Ille [illegible] natura mea est talia comedere, sed asinum
[illegible] flagellavit propter lactucam. Sic tu [illegible]
[illegible] et [illegible]. Non lactuca que est medicina [illegible]
[illegible] quos defraudasti. Et ut audiant illud Abac iii: Domine
[illegible] audivi auditum tuum et timui, consideravi opera tua et expavi.
Audiunt maledictum Deut xxv: Ite maledicti. Opera tua quia [illegible]

malis prelatis Eze. xxi. Tu autem prophane impie dux israel auffer
cydarim tolle coronam, quia indignus sacerdotio et regno. Qualis
est amor premii Eccli. xxxii. Ductum illorum habe et sic con
sidera et omnem curam tuam explicita recumbe ut leteris propter illos
et or. gre. acci. quia omni tua explicata recumbent gloria plebis
tue exaltitati fidelis diligentia tribue x. Considerantes in
vicem in provocatione caritatis bonorum operum consolantes et
tanto magis quanto videritis appropinquare diem. Item secundo
nota religionis statum cum agri villa agri. Ager enim iste
religiosus est quem deus antiquitus plantavit et excoluit. Sicut scri
bitur agricola pater meus. Consideravit agrum et emit illum et
de fructu manuum suarum plantavit vineam, quia scripsit propriam
regulam. Iste ager ita fuit diligenter excultus quod spinas tribulos
et urticas non efferebat, sed flores et herbas odoriferas. Ecce odor
filii mei sicut odor agri pleni cui benedixit. Gen. xxvii. Hic enim
odor trahebat homines ad hanc religionem diligenter exercens
agrum suum et edificantes domum suam. Iste enim ager pinguis erat
et esse debet in corporis sustentatione, irriguus in scripturarum
lectione, ardens in contemplatione, mellifluus in devotione. De pri
mo Malachie iii. Non erit vinea sterilis in agro, dicit dominus.
Quantum mediocritatem dicit, non erit sterilis vinea. Non enim dicit erit
sterilis vel erit exilis, quia mediam viam tenere voluit Augustinus
ne nimia austeritate infirmos a religione arceret et ne nimia
voluptate dissolveret. Regia incedens via non declinans ad dexte
ram neque ad sinistram: dextera prosperitatis, sinistra adversitatis. In vi
ctu et vestitu quadam mediocritate contenti sunt canonici. Ideo
ne deficiant exierunt. Sed timendum est ne quorundam [illegible] exigentibus
implicatur illud Joelis i. Confusi sunt agricole, ululaverunt
vinitores super frumento vino et oleo, quia periit messis agri. Pro
dit enim ex adipe aliquorum iniquitas, [illegible] vestium et in storia
aqua mixta est vino, obscuratum est aurum, mutatus est color optimus,
egressus est a filia Syon omnis decor eius. Conversa est humilitas
religiosorum in paupertate et ager pascuus in sublimitatem. De 2o Gen.
xxix. Profectus Jacob venit in terram orientalem, vidit puteum
in agro et tres greges ovium accubantes iuxta illum. Terra orie
talis est [illegible] radiis solis illuminata, ubi ager religionis et puteus
sacre lectionis, unde bibunt oves, qui [illegible] simplices. Et tres
greges ovium quidam sunt incipientium, proficientium et perfectorum.
Sed nunc filii [illegible] supportat in [illegible] agrum arente
[illegible] [illegible] [illegible], et bestie agri quasi area sitiens ym
brem suspexerunt ad te quoniam exsiccati sunt fontes aquarum.
Monasterium enim sine scriptura est quasi vinarium sine aqua et
religiosi in claustro quibus deest illuminatio scripture, sunt velut
[illegible] foveas quas non cavent quia non vident. Quod
rectitudinis caveretur nisi quod est [illegible] nescitur. Quo pre
[illegible] abbatis [illegible]. Quomodo vir non intelligitur. Pro
[illegible] destituti multa ex hac religione decesserunt, et semi
[illegible] [illegible] fundamento regule [illegible] statuta [illegible]
[illegible] et ad predicatores et ad minores se transtulerunt. Sere
[illegible] loquitur de sermonibus [illegible] dicitur quod [illegible]
reperit in agro et [illegible] quia non erat herba, et sic re
ligio ista sicut flumen Egypti divisa est in vii rivos Ysa. xi.
Qui sunt vii canonice congregationes ex regula beati Augustini:
predicatores, hii sunt ut canonicos seculares exceptamus, premo
stratenses, Windesheimenses, Arroasienses, canonici sancti Victo
ris, fratres sancti Salvatoris, fratres sancte crucis et fratres predicatores qui

maxime vacant lectioni · scientes quod sic maneat inhabilis ad studium
Ista cetus et limine privatus sepe inhabilis ad contemplationem
Inde est quod superioribus nec alicubi exhibeatur decentia nec mise-
ricordibus prudentia nec pastoribus vigilantia · et de maximis hec erit circa
maxima · de maximis modica vel nulla De hoc Cognouit
volatilia celi et pulcritudo agri mecum est Volatilia celi con-
templatiui quorum conversatio est in celis qui expediti sunt a re-
bus temporalibus a domesticis curis ac crudelibus a terrenis affectionibus in
illam sublimitatem diuine contemplationis euecti dimissa sibi se deserunt
qui supra se cum studio pennis mentis ascenderint qui sunt pul-
critudo agri sicut flores pulcherrimi et agros ornantes angelis ad
domum habitantes De hoc Gen. xxiiii° Egressus est ysaac ad me-
ditandum in agro inclinata die · ysaac risus uel gaudium · per eum contempla-
tiuus qui semper in gaudio est quem nichil affligit nec persecutio
concutit · nec aduersitas conturbat · et mundi huius lucra uel damna non
sentit · hic egreditur ad meditandum in agro · cuius familiaris est con-
tinue a luce meridiana · tum differt finis contemplatio ab ea quod
erat in futura vita · hic quasi vesperum · ibi matutinum Ecce de reli-
giosis hic agrum credunt colimquertibus et in specie villulum habi-
tantibus et suis fraudulentis terram memoriam suam auferentibus
Job xxiiii° agrum non suum demetunt et vineam illius quam vi
oppresserunt vindemiant · ysaie v° ve qui coniungitis domum domui
et agrum agro copulatis De quarto · Jere · c · xl · i · legitur de agro
fertili olei et mellis · oleum quod supernatat · et mel quod totum
dulce reddit Deuotio est que animas deuotam in deum ascende-
re facit · et dulcedinem toti operi infundit et laborem in ope-
rante minuit · hic est thesaurus absconditus in agro quem qui
inuenit homo abscondit et pre gaudio illius vadit et emit agrum
illum Thesaurus absconditus in agro est deuocio abscondita in
corde religioso Ecce de quibusdam qui colligunt collingitatem agri
fructuositatis agrestes et amarissimas quos non possunt come-
di · iiii Reg. v. Cum non appareret ibi farinula Helisei gratia
seu deuotionis · hii sunt qui de foliis uerborum in horis suis comme-
dia fecerunt · dicitur ficut de ficu · cui tamen dominus maledixit ficulnee
in qua folia tantum erant et non fructus Collegerunt siue religiosi
qui comedi non possunt propter amaritudinem operum est quod in religione
exercetur preter deuotionem · tunc aut tamen bene nutrit qui
comedentibus sapit · hoc est in religiosis sapientibus psallit · primo
quod dicit intelligit et hoc quod intelligit intendit · nec orationum
prolixitate seu psalmodiarum grauantur · nec tedio afficiuntur
Religiosus aut in choro existens · legit psalmum in ore · uel
cantans sine deuotione · similis est statue in agro tenenti ar-
cum et sagittas ad aues deterrendas · si attendent volucres quod
nulla sagittam emittit · descendunt eam · quia non timent · sic de-
mones omnes claustralem qui sine deuotione sunt · Iste est
ager producit antiquitus lilia · canonicos seu regulares qui portant
alba seu superpellicia · assimilatos lilijs · pallentem in radice
lilia · virent in folijs · albent in floribus · rubent in granis
Palor quem timor inducit signat humilitatem · vigor qui
prosperum fasit alacritatem · Candor qui fucum repulit castita-
tem · rubor qui quadam ingessit caritatem · quia in aspiratoribus
hominum inveniebatur humilitas · in officialibus puritas · in inferiori-
bus et simplicibus mentis alacritas · in omnibus caritas

et Salomon fecit in templo cum liliis flores iii R(egum) et vi Cant(icorum)
dilectus pascitur inter lilia Tertio notatur religiosorum profectus
cum dicitur quod crescunt de quo crementu Eph(esios) iiii crescamus
tem et caritatem facientes crescamus in illo per omnia qui est ca-
put nostrum Christus. Modum autem quo crescit lilium quadruplex est. Cre-
scit hoc adherendo firmabiliter, humorem attrahendo insensibiliter,
nutrimentum distribuendo proportionabiliter, crescendo inopinabi-
liter. De primo ii R(egum) x. Dixit David manete in Iericho
donec crescat barba vestra. Non enim bene crescit planta que
sepe transfertur, nec proficiunt religiosi qui libenter de claustro egre-
diuntur. Sed maneat in Iericho donec crescat barba, donec signum
virilitatis per virtutem in ipso appareat. Ideo inter seculares exeat.
Corvus archam egreditur nec revertitur, sed cadaveribus allicitur.
Aves que civitatem incolunt de facili capiuntur, pisces in aqua ro-
borantur, extra si in arido moriuntur, maiora animalia diutius
in matribus uteris continentur, et maiore videmus religione et
merito qui minus extra vagantur, quia ut in orto crescit sima-
pis maius est omnibus oleribus Mat(thei) xiii. Secundo crescit humo-
rem attrahendo insensibiliter, sepe enim corde arido accedimus ad
altare orationem meditationemque et repente infunditur gratia, pin-
guescit pectus, implet viscera mundus pietatis et sic lacte gratie
tempore dulcedinis paulatim insensibiliter adolescunt et crescunt
i Pe(tri) i. Sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac
concupiscite ut crescatis in salutem. Quia fratres quiete simpli-
citer in obedientia, sicut infantes sub uniegla crescunt in gratia.
Quidam enim sumus fratres obedientia, sumus sicut pueri sub pe-
dagogo et virga et alii obedientiam pruncit deus sui se ex
illum qui laborem dei tenet in possessione sui premit ipsius. Ideo
talis in gratia crescit ii Pe(tri) iii b. Crescite in gratia et in cognitione
domini nostri Iesu Christi. Sed sunt quidam pueri qui vocantur male cre-
scentes qui effunduntur per propriam voluntatem, nec constringuntur
vinculo obedientie, nec reverentur patrem Gen(esis) xlix. Ruben effu-
sus es sicut aqua, non crescas quia ascendisti cubile patris
tui, hi sunt qui contemnunt propter statuta et remedia. Tertio
crescit humorem nutrimentalem distribuendo proportionabiliter. Unde secundum
phylosophum. Totus quod augetur quelibet pars crescit et augetur, hec
autem iustitia est in religione et distribuitur unicuique pro
necessitate et conditione persone. Et impletur illud i Esdre v.
Domus dei extruitur et crescit in manibus illorum. Sed sunt
quidam qui infirmos negligunt, conventu non providentes et cum
homines seculares extra patriam suam fidem sibi servent
et in infirmitate sibi subveniunt, quia qui de regulo exeunt
in infirmitatibus fidem non custodiunt. Ministrum etiam est iumento
pabulum necessarium subtrahere, hec est conventui cui imponitur onus
et flagellum discipline, non est proportionalis aut equa distribu-
tio inter unius congregationis membra, si alii sustinerent onera
et alii haberent emolumenta. Nam in congregatione illa cum profuerunt
apostoli dividebatur singulis prout unicuique opus erat Act(uum) iiii.
Quia iustorum semita quasi lux splendens procedit et crescit usque
ad perfectum diem Pro(verbiorum) iiii. Luce omnibus est communis. Sic iustitia
in religiosis. Quarto crescit crescendo inopinabiliter. Cre-
scit enim lilium inter spinas nec violatur et tanto melius quanto ma-
gis ut lapidibus oneratur. Hec est palma que pondere datur in-
mensa Exo(di) i. Quanto opprimebantur filii Israel tanto magis

multiplicabantur et crescebat Eze. xix° Effectus eius et frondes
eius creverunt ex aquis multis, sic multiplicate sunt aque diluvii
et elevaverunt archam in sublime Gen. vii° licet quidam fran-
gantur per impariam. Eccli. illud Eccli. ne Conniugere deo et sustine
ut crescat in novissimo vita tua. Si ergo miseretur tibi frenum per
claustralem residentiam si te separet ut attrahat devocioe insen-
sibiliter per infusam graciam si distribuas proporcionabiliter per iusticia
si examinas inopinabiliter per iusticiam crescente faciet deus in tua pau-
pertate sue quousque pervenias ad summi perfectionis hic in pictura ubi
nichil diminuitur, nichil decrescit sed cessantibus paululum merc-
torum stat tamen augmentum. quod nobis concedat etc.
Ecce nos relinquimus omnia et secuti sumus te. Matt. xix° Si que-
45 rat ab apostolis in iudicio quid facerent pro eo poterunt respondere
In omnem terram exivit sonus eorum. Si a martiribus quod lapida-
ti sunt in occisione gladii mortui sunt. Si a confessoribus quod morti-
ficati sunt tota die. estimati sunt sicut oves occisionis. Si a religio-
sis et novicijs videbitur Ecce nos relinquimus omnia et secuti sumus te.
In quibus verbis insinuatur tota moralis phil. que est in electione
et fuga. quid ergo fugiendum est relinquendum sunt omnia. quid eligen-
dum est. sequela xpi. et secuti sumus te. In quibus verbis nobis promit-
ut sumus mundi acerrimi contemptores, et dei frequentissimi amato-
res. Certo autem sunt qui libenter relinquunt homines terrenas que est
onerosa infructuosa periculosa execranda. Sexto relinquende sunt di-
vicie quia onerose. Iere. xii. Reliqui domum meam dimisi hereditha-
tem meam. divicie enim onerose sunt quia cum labore magno queran-
tur, cum sollicitudine possidentur, cum dolore amittuntur, et melius
est eas relinquere ex voluntate quam ex necessitate quia omnes relinquent
eas in morte. Ps. x. Relinquent alienis divicias suas. Eccl. xi. Nescit
quod tempus preteriat et mors appropinquat et relinquet alienis omnia et
moriatur. Relinquende sunt etiam divicie quia infructuose. Matt. iiii° Re-
licta civitate Nazareth, et venit Jesus et habitavit etc. civitate est ma-
ritima Nazareth flos. quod vanius flore. mane floret est
et oblectat visum, vespere marcescit et putrescit et infirmat visum.
Sic delicie vivente et fluente eis parum oblectat et afficiunt quod
cito transeunt. et conscienciam pungunt. Sed sicut clerici relinquunt mul-
tiplicandas per maiores, sic viri cisti carnales delicias per celes-
tes. Sed Ecl. xi Nemo est qui relinquit domum aut fratres propter me et
regnum dei et non recipiet multoplures in hoc seculo futuro vitam eter-
nam. Relinquende etiam sunt honores et dignitates quia periculo-
se. Jo. xvi. Relinquo mundum et vado ad patrem. mundum in quo
sunt honores et famulos et susceptos et nichil sollicitudinis
habentes. Job xl. Relinquunt verba sua. Grimes due quod ve-
lum nichil est. Sicut enim malus servus et fraudulentus in via re-
linquitur, sic honores qui decipiunt blandiuntur. Relinquenda etiam
sunt peccata et consuetudines prave quia execrande. Ysa. lv°
derelinquat impius viam suam, et etc. Convertite ad dominum et relinque
peccata tua. Et Sap. xii. hos qui errant corripis et eos qui peccant
ammones et alloqueris. ut relicta malicia credant in te domine.
De consuetudinibus malis relinquendis Prov. ix° Relinquite infan-
ciam et vivite et ambulate per vias prudencie. Infanciam vocat
consuetudines pueriles quas didicimus in infancia. Et ut omnia me-
lius possimus facere, relinquenda est propria voluntas qua relicta
cetera faciliter relinquntur. Jo. vi. Descendi de celo non ut faciam voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit

me Secundo notatur quod debemus esse dei feruentissimi amatores
um dicat et sicut similes te sequamur igitur leui per compendium
humilitatis sicut seruus dominum Gen xxxiii° Precedat dominus meus
seruum suum et ego sequar paulatim vestigia eius sicut videro par-
uulos meos posse bene paulatim quia ad illam summam humi-
litatem que fuit in christo non possumus peruenire sed tantum nobis de-
bemus quantum possumus Sequamur etiam eum per semitam paupertatis
sicut discipuli magistrum Mat viii° dicens sequar te quocumque ieris Vnus
per et vagabundus erat ille magister quem diuites sequi non possunt
nisi sarcinis abiectis Apoc xiiii° De hiis qui cum mulieribus non
sunt coinquinati hii sequuntur agnum quocumque ierit sicut oues
pastorem suum Jo x° Pastorem sequuntur et audiunt vocem eius Se-
quamur etiam eum per asperam strenuitatis sicut milites regem Ecclesiastes
46 ii° Quid est homo ut sequi possit regem factorem suum q.d. non
nisi per seruam sed magnum
In nouitate vite ambulemus Ro vi° Sicut nouitate degimus vitam
habeamus semper sed in ipsa nouitate proficiamus que tria notantur
in verbis propositis que competunt nouicijs et religiosis De primo no-
uitate propter. De 2o vite. De 3o ambulemus Dicit ergo in nouitate scilicet per
nouam religionem in quam nouiter de nouo ingressi sunt Compe-
tit autem eis quadruplex nouitas scilicet nouitas sanctificationis ut expellatur
vetustas inobediencie Hebr x° habentes fiduciam in introitu sancto-
rum in sanguine christi quam inicauit nobis viam nouam Iam
nouam dicit nobis in sanguine inicauit suo. qui usque ad mor-
tem obediens fuit Sicut ergo per inobedienciam primi parentes expul-
si sunt de paradiso terrestri, ita per obedienciam regrediuntur in cele-
stem paradisum, hec est via vnica noua quod nemo mittit in v-
tres veteres Marci ii° Sed medium tercium vinum in medium bonum
obediencie christi reddit hominem inebriatum et audacem ad omnia
que precipiuntur ei. sicut dicitur Job xxxii° quasi mustum absque spi-
raculo quod lagunculas nouas disrupit Competit eis nouitas
conuersacionis et eruditionis ut expellatur vetustas ignorancie Sit
primo Dixe nam hec est doctrina noua. hec est doctrina noue re-
gule. ut qui prius nesciebant viam, viam modo diriguntur per regu-
lam Ro vii° Seruiamus in nouitate spiritus ut spiritualiter intelligamus
non in vetustate litere sicut seculares quidam rudes. qui tamen
bella amplectuntur mandatum enim lucerna est et lex lux et via
vite increpacio discipline Regula enim nos illuminat et dirigit in
omnibus operibus nostris sicut patet de regula commentata et aliis
malis actibus Competit etiam eis nouitas deuotionis ut ex-
pellatur vetustas malicie De qua i Cor v Expurgate vetus
fermentum ut sitis noua conspersio ut sit animi · ut tollatur omne
odium et rancor que faciunt cor exacerbari sicut pasta super
fermentum Joh xiii° Mandatum nouum do vobis ut diligatis in-
uicem sicut et ego dilexi vos · hec est mandatum in quo omnia
alia continentur. Et in quo sancti omnes radicantur et fundantur
Ephesi iii° In caritate radicati et fundati. hec enim est funda-
mentum firmissimum super quod edificatur christi edificium · radix proferens dulcis-
simum fructum Competit etiam eis nouitas mortificationis
contra vetustatem corporis Ro vi° Vetus homo noster crucifixus
est. Glo. carne subiugata. Judicum v° Noua bella elegit
dominus. Noua bella sunt cum contra nosipsos bellamus ut
carne mortificata spiritui subiciamus. Vbi licet caro gemat
spiritus tamen exultat et iubilat. ubi illa vlulat Psalmista Immisit
in os meum canticum nouum hymnum deo meo. In hac ergo nouitate

proficere debemus qui profectus per ambulacionem designatur Ambu-
lemus ergo et proficiamus in novitate subiectionis Ut si spiritu vivimus
spiritu et ambulemus Gal v. et hic per obedienciam sic Gen xvii
Dicitur de Abraham Ambula coram me et esto perfectus. ipse
enim reliquit patrem et obedivit nesciens quo iret. Idem
xxvi Si in preceptis meis ambulaveritis et mandata mea custodieritis dabo
vobis pluvias temporibus suis et terra gignet germen suum et
pomis arbores replebuntur. Mandant dei custodiuntur cum pre-
cepta superioris et si durus est preposito exequimur mandatum et
ergo dantur pluvia temporibus suis quia infunditur ros dulcedinis
celestis et proximi spiritus sancti bene suavitatem infunderit statim terra
cordis nostri obedientis fructum gignit tunc triplex labor in regularitate
et observancia mandatorum magna talibus exhibet delectacionem
et pomis arbores replenti. quando mens pomis indigenti fructum
exhibet sue liberalitatis et umbram protectionis. In arbore
enim est umbra que ab ardore solis protegit et fructus qui reficit
Ambulemus etiam ut proficiamus in novitate eruditionis per reli-
gionis observanciam Ysa ii Domus Jacob ambulemus in lumine
dei nostri. lumen dei regula nostra est in quo ambulamus in
in observancia regule proficiamus Ysa lx Ambulabunt gentes in
lumine tuo Ambulemus etiam ut proficiamus in novitate dilectionis
per concordiam Eph v Ambulate in dilectione sicut et christus di-
lexit vos Omnes enim christus dilexit nullum excepit. per omnibus mor-
ti se exposuit. et nos debemus omnes fratres diligere nullum
excludere. Pro omnibus nos exponere. tunc vivunt concordes Psalm
Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum Religio
enim valde bona est quia dulcis fovet et portat Quia religio
assimilatur mulieri caste que ab aliquo diligitur ut ducat illa
in uxorem. Ideo sicut si pulchra. si de genere nobilium. si dives est
si sapiens est ut in pulchritudine eius delectetur ut de nobili-
tate filiorum glorietur ut augeantur sua ipsius census et custo-
diantur illius sensu Sic religio pulchra est in cohabitatione
concordi et conformi sapiens in circumspectione sui nobilis quia
libera a servitute peccati dives hereditate celestis regni. cuius
hereditas est regni celestis civitas Ambulemus etiam ut profi-
ciamus in novitate mortificationis. exprimendo carnis lasciviam
iii Reg xxi Achab operuit cilicio carnem suam ieiunavit et dor-
mivit in sacco et ambulavit dimisso capite Cilicium contra
luxuriam contra lasciviam ieiunium contra gulam saccus contra su-
perbiam Qui enim vult proficere in carnis mortificatione debet
vacare castitati sobrietati et humilitati Psalm Beati qui am-
bulant in lege domini Si ergo per vetustatem abiecimus et novi-
tatem vitam assumpsimus et in ea profecerimus ad vitam eter-
nam perveniemus de qua dicitur hic vite Col iii Expoliantes
veterem hominem cum actibus suis. induite novum hominem est
qui renovatur in cognitione dei Vita igitur ista vita eterna est
quam expectant novicii. simul per professionem fuerint recepti ...
conspectu professorum. hec angelorum confirmatorum xxvi ... Beati
vir qui suffert temptationem quia cum probatus fuerit accipiet co-
ronam vite. Qui enim proficerint in subiectione debite habebunt plenam
libertatem Apoc ii Vincenti dabo edere de ligno vite quod
est in paradiso dei mei vincenti id est ei qui vincit seipsum et
ponit se in unitate ... conservandum lignum vite quod est
in medio paradisi Christus est ad quem omnes libere possunt
accedere et inde satiari Apoc ultimo Confitentes sedentes in

umbra eius vivet tertio. Qui enim quasi sumus in umbra sacramentorum
tunc erimus in plena luce. Qui nunc paleas comedimus, ut in eternum
tunc comedemus verum triticum, tunc videre autem in ipsum. In illa
erit securitas, nullum peccatum aut fragilitatis impedimentum. Qui vero p
severint in eruditione regularis observancie, habebunt perfectum cla
ritatem. Joh. viii. Qui sequitur me non ambulat in tenebris
sed habebit lumen vite. Hoc lumen vite ipse Christus est. Joh. i. Vita
erat lux hominum. Qui vero perseverint in dilectione concordie habebunt
consummatam caritatem. i Joh. iii. Scimus quoniam translati sumus de mor
te ad vitam quoniam diligimus fratres. Qui vero perseverant in mortifi
catione corporis habebunt perfectam immortalitatem. Ps. Vitam petiit
a te tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Vita que petitur est vita immor
talis etiam sed que nullo fine concluditur, contra brevitatem vite temporalis
que est quedam transitus. Sap. v. Transit vita mea quasi ventus. Job
vii. Memento quia ventus est vita mea. Quidam vapor. Jac. iiii. Vino
quasi hediosum momentum. Sap. v. Exiguum et cum tedio est tempus
vite mee, et iustum est quod qui carnem mortificat hic ad longitudinem
vite eterne perveniat. Ro. viii. Si secundum carnem vixeritis moriemini, si
autem spiritu facta carnis mortificaveritis vivetis. Col. iii. Mortui estis
et vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Ad quartum
in caritate radicati et fundati ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis
que sit latitudo longitudo sublimitas et profundum. Eph. iii.
Proponit apostolus caritatis preceptum dicens in caritate perfectum,
tum dicit radicati completionem cum dicit fundati fructum cum dicit
ut possitis comprehendere et cetera. Ergo quantum ad primum premittit caritatis
preceptum cum dicit in caritate, i Tim. i. Finis precepti est caritas
de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. Preceptum enim
caritatis est impletio totius legis et regule. Quia in mandato dilec
tionis dei et proximi lex pendet universa et prophete. Habet autem
preceptum caritatis carentiam formidinis quo ad se, diligentiam
sollicitudinis quo ad proximum, paciam fortitudinis in adversis, ex
perientiam dulcedinis in deum. De primo i Joh. iiii. In hoc perfecta est
caritas nobiscum ut fiduciam habeamus in die iudicii, quia sicut
ille est et nos sumus in hoc mundo. Timor non est in caritate, sed per
fecta caritas foras mittit timorem, timor enim penam habet. Ille
qui in caritate perfecta est fiduciam habet in die iudicii, quia sicut
ille est non timet ne veniat dies iudicii. Licet enim primo peccator
conversus incipiat timere diem iudicii ne ipse damnetur, sed pro
cessu bone conversationis desiderat ut veniat ille desideratus
omnibus gentibus et ipse bonorum operum mitis coronet, et inde da
tur nobis fiducia in die iudicii, quia sicut ille est et nos sumus
in hoc mundo imitando perfectionem dilectionis in mundo cum exemplum
nobis dat ipse qui est in celo, qui solem suum quotidie facit
oriri super bonos et malos, et in tali caritate que imitatur deum
in sua bonitate, non est ille timor quo timet unusquisque
imprudens ne veniat districtus iudex et puniat. Qui immo etiam
perfecta caritas foras mittit timorem, quia non timet pre
sentem adversitatem, sicut Paulus Ro. viii. Quis nos separa
bit a caritate Christi, tribulatio an angustia et cetera. Certus sum
quia neque mors neque vita neque angeli neque creatura alia po
terit nos separare a caritate dei que est in Christo Jesu. De
secundo Eph. iiii. Supportantes invicem in caritate solliciti servare
unitatem spiritus in vinculo pacis. Sicut enim infirmantes apia
invicem se sustinent et supportant, et sumus solliciti servare
unitatem quam facit solus spiritus cuius unitatis forma ca
ritas est que est forma virtutum et vinculum perfectionis. Propter quam

caritatem adimplere videmur. i Cor ult. Omnia vestra in caritate fiant
Sicut enim caritas omnia membra corporis capiti suo unit. notandum est
ut qui in caritate est que sunt proximi servat. et de ipso sollicitu-
dinem gerat. ii Cor viii. In omnibus abundatis in fide et sermone
et scientia et sollicitudine et insuper et caritate vestra in nos ut in hac gra-
cia habundetis. Habebant isti perfectionem fidei in credendo. ser-
monis in docendo. scientie in intelligendo. sollicitudinem in interiori.
caritatem in affectione. et ideo necessarium erat eis exerceri in bo-
na operatione. maxime in elemosinarum erogatione. Habebant
igitur homines pauperes suos et maxime hospites colligunt et eis miseri-
corditer per corruptam etiam quia eis apposuit Deus i Cor xiii.
Caritas paciens est benigna est. paciens est sustinendo mala. a proximo
benigna est conferendo etiam bona inimico. Sicut enim conformamur Christo
videt faber lignum in silva et cogitat de edificio quod inde facturus
est, non diligit silvestritatem quam habet lignum ex silva. amat
ergo lignum ut inde faciat edificium. Sic debet videre homo inimicum suum
exasperanti et sevienti mordentem conviciis et odio exasperantem. in
Deo debet non ea que facit sed illud quod in eo Deo factum est
Sed enim homo est a Deo factus est. quod autem te odit vel invidet
tibi ipse facit. non ama in eo quod facit sed ama quod vir-
tus est. hic est advocare pro eo Domine ignosce isto ei. in aute ei ter
rorem tuum. versa illum. ergo si amas fratrem tuum et ama ini-
micum. odit febricitans medicum sibi apportantem potionem amaram
non odit eum medicus sed febrem et cum sanus erit, medico gra-
tias agit. et medicus egrotum diligit et ideo potionem vel medicinam
ei tribuit. ne semper egrotet, persequitur febrem. cognoscit homini
insita patitur a frenetico verberaque contumelias ictus et hec quan-
to benigne medicus agit negocium ad sanitatem infirmi. De quar-
to Cant ii. Introduxit me rex in cellam vinariam. ordinavit in me
caritatem. In cella hac vinaria nulla est in obtinendis vinis difficultas
ubi vini ubertas. ubi in potu iocunditas. ubi introducuntur qui sunt car-
nalibus preferre spiritualia, terrenis celestia. ubi ingiter letitia et ordi-
nata caritas. diligendo Deum. et proximum sicut seipsum. mens enim
quam caritas possidet nullis perturbationibus commovetur. nullis
invidie stimulis agitatur. nullis indignationum estibus inflammatur
nullis suspicionum iaculis atteritur. nec aliquo tristicie morsibus
consumitur. Sed in quadam dulci affectu omnes complectitur. et omnes secum
unum cor et unam animam facere conatur. et habet securitatem mag-
ne clausi hostis. nichil metuit inquietum. nichil inordinatum
qua ordinata in se sentit caritate. nichil invenit quod remor-
deat vel dilatet et ad instar ordinatissime et pacatissime am-
familie. omnis cogitationum sermonum et operum turba ipsi ani-
mo cum patrisfamilias domum accedit. In ea sunt subito in
serenitas. mira iocunditas. que exit per in iubilum ad clausuras in numeros
Dei laudes erumpens. quis ipsa caritate cognoscit Deum in mente
esse quicquid in se bonum recognoscit et ex hac caritate procedit
per illud quod est difficile credimus esse levissimum. i Joh v
Hec est caritas Dei ut mandata eius custodiamus et mandata
eius gravia non sunt. Post caritatis preceptum subiungit caritatis
profectum dicens. radicati firmati ergo in ea radicati ut fructifice-
mus operum fecunditate. Sicut enim multi arboris rami ex una
radice prodeunt, sic multe virtutes et opera virtutum ex una carita-
te generantur. nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis
si non manet in radice caritatis secundum Greg. Si enim radix sancta
et rami sancti Ro. xi. Propter hoc dicitur Jere xii. Plantasti.

et radices miserat pfer. et fa. fructu. Hec autem radix fructificans hu-
morem qui pertinet ad devocionem, colorem qui pertinet ad dilecti-
onem, vigorem qui pertinet ad operacionem, pallorem qui pertinet ad
timorem et circumspectionem. Ergo radicatus es in caritate si sint
opera tua humore plena devocionis, si plena perfectionis, si plena
circumspectionis. De primo Jere. xvii°: Tanquam lignum quod pla-
tatum est super aquas quod ad humorem mittit radices suas et
non timebit cum venerit estus. Ubi arbor sicut radicem inde tra-
hit humorem et ex humore fructificat, ergo si in Christo et in eius
caritate radicatur, inde fructum boni operis ex humore devo-
cionis multiplicat, et non timet estum temptacionis quia non
extinguit nec desiccat habundanciam humoris. Ve igitur radicatis
in cupiditate que exiccat omnia huius radicis humorem. Osee ix°:
Radix eorum exsiccata est, fructum nequaquam facient. Hec enim cupiditas
omnia bona exiccat et omnia mala multiplicat. Radix enim ma-
lorum est cupiditas, j ad Thi. ult. Sicut enim radix emittit ramis hu-
morem ut crescant, sic avaricia gule luxurie superbie exhibet fa-
cultatem. De 2° Deut. iiii°: Accessistis ad radicem montis qui ar-
debat usque ad celum, erantque in eo tenebre nubes et caligo. Cor
obtenebratum contricione, nubilosum lacrimarum effusione, et caligi-
nosum quadam excessiva dei cognicione, prout sum ... Dei
videtur in caligine. Hebre. xii°: Pacem sequimini cum omnibus et
sanctimoniam, contemplantes ne quis desit gracie dei, ne qua ra-
dix amaritudinis sursum germinans impediat et per illam inquinentur
multi. Vera enim caritas parem diligit, nichil in corde suo re-
tinens rancoris. Prov. xii: Radix iustorum non commovebitur. Sed re-
probis qui in seipsis crescunt dum iniurias sibi illatas retinent
in corde et se vindicare proponunt. Eccli. Radices gentium superba-
rum arefecit deus. Deute. xxix°: Ne sit inter vos radix germinans
fel et amaritudinem. De 3° Sap. iii°: Bonorum laborum gloriosus
est fructus et que non concidat radix. Ergo bene laborat qui
opera bona multiplicant, quia opera sunt durabilia non momen-
tanea ut caduca, plena vigore sine languore, sicut radix ar-
boris se dilatat et omnia obviancia sibi suo vigore perrumpit
et penetrat. Ve igitur languidis et desidiosis in operibus bo-
nis. Eccli. xxiii°: Non tradent filii eius radices et rami eius
non dabunt fructum. De iiii°: Pallor timoris est signum, timor
autem nichil negligit, maxime timor castus qui permanet, non
ille timor quem caritas abicit, non timor quo timet ne
mutares in vehemencia, sed ille quo times ne te deserat propter
scandalis ... eius castore circumspicias omnia ne deum offendas. Pro-
minabit ... et omnia opera tua circumcide. Osee ult.: Israel ger-
minabit sicut lilium, erumpet radix eius ut libani, ibunt rami
eius. Germinans ut lilium signat castimoniam et candorem mundi-
ciam. Erupcio radicis signat manifestam ... Radix enim
que in terra occultatur plumas erumpit et in latitudine ...
elevatur et rami multiplicantur. Isa. liii°: Ascendet sicut vir-
gultum et sicut radix de terra sicienti, et non est ei species neque
decor. Radix de terra sicienti servorum signat ... Dei.
Dei nec est ista radix decora nec speciosa quia pallida, quia
anima circumspecta que vacat et attenta est circa suam
salutem non curat mundi neque rerum temporalium pulcritudinem.
Ve igitur fatuis qui credunt iam ... pedem in ...
paradisi vanam non constanciam sed temporali pulcritudini. Job v°:
Ego vidi stultum firma radice et maledixi eius pulcritudini
statim. Post caritatis preceptum et perfectum sequitur complementum

Cum d[icit] fundati ut ita fundemur quod stabiles et perseverantes in caritate
simus. Unde domus illa in quam descendit pluvia et in eam irru-
erunt flumina et venti non cecidit, quia fundata erat super firmam
petram. Quia per pluviam carnalis concupiscentie, nec per ventum superbie
nec per flumina avaritie que corrodunt animam sicut flumina
ripas, non cadit anima in Christo fundata et in caritate Christi.
Est enim fundata sicut in castro amenissimo ubi conditas con-
testatio copiosissima, ubi ubertas contra penuriam fortissima, ubi
plena honestate. Vnde de Thobia dicitur i° c° quod confugiebat consor-
cia mala et pergebat ad templum domini ibique morabatur. et cum
esset iunior etate nichil tamen puerile gessit in opere. Ecc.
xl° Gloria domini plenum est opus eius. Gloriosum enim est valde
facere opera domini et laudabile et honestum. Sed econtrario face-
re opera dyaboli est valde vile et inhonestum. Jere. ii° Quam vilis
facta es nimis iterans vias tuas. Leuit. xxiii Omne opus seruile
non facietis. Seruile opus peccatum. Valde autem vile est esse
seruum et specialiter domini vilissimi. et de tali seruicio quod
non audet nominare. Nullus enim artifex audebit nomi-
nare artificium suum: textor pellifex etc. Sed usurario
et fornicatori non audebimus dicere. Ego sum usurarius, ego
sum fornicator. et ita de aliis. Sunt enim occulte. Decipiebat
pessimos suos credebant quod nullus videret eos. Ysa. xxix°
Ve qui profundi estis corde ut a domino abscondatis con-
silium, quorum sunt in tenebris opera, et dicunt quis videt
nos. Sed omnia in fine revelabuntur coram et confundentur. Ideo
bonum esset quod ab aliis fraudibus et circumvencionibus tenebro-
sis quas faciunt abstinerent et corrigerent. Ro. xiii° Abici-
amus opera tenebrarum. fraudes quas occulte faciunt. Sicut
videmus fraudes in eis qui peregrinorum sotulares reparant
et ubi tria puncta facere debuerunt ibi nisi unum faciunt
ita quod recedentibus peregrinis post unam dietam sotula-
res suos portare possunt. Similiter corrigium vel caligam
ta reparant ad ignem assatum coquunt et statim ad plu-
viam dissoluitur quod durum et forte apparuit. Fullones etiam
pannos in caldaria tinctos et combustos vendunt. et
cito rumpuntur nec tercium sustinere possunt. Sic quidam vestes
veteres resarciunt et vendunt, ita enim illas reparauerunt paren-
do abluendo subornando quod tamen noue et recentes apparent
et tamen longe deteriores sunt quam prius essent. Pelles etiam ve-
teres ungunt extendunt albificant et ita sophisticant quod bone
videntur et nichil valent. Sic aurifabri fundunt argentum
et in igne ... aliquid argenti coram illis quorum est
argenti partem furantur quam artificiose in cineribus reser-
uant et abscondunt. Aurum etiam ad rectum pondus reddunt
et auri partem subtractam idem pondus restituunt. Sic etiam
cum vivi argenti absque aliqua addicione auri metallum
faciunt ampliori ponderare. Sic marescalci inclauant pedes
equorum peregrinorum ut eos peregrini vendant et ipsi emant.
Sic scriptores quandoque litteras sillabas dictiones secundum
ex negligencia uel etiam sua subtraxerunt et pro modico lucro omnes
hij animas suas obligant et vendunt. Sunt fatui isti
qui pro modica stilla mellis ... ad hauriendum totum ma-
re obligaret ... eas dampnacione. aut saltem in ma-
gno periculo sunt qui decios faciunt. Vnde lusores spoliantur
et spoliati ... suspenderunt blasphe-
mare incipiunt horribiliter. Vnde lapidari in lege precipi-
untur. Sunt alii qui non sunt principales lusores sed
consenciunt ludo participes sunt ... placet eis et libenter
conspiciunt et alii ... lusoribus accomodant et thaber-
narii pecunias de candela ... valet in templo ven-
dit. et nunc pro denariis. nunc pro aleis. nunc qua ...
in penam ... et circumstantes quid ibi accipere volunt
ita quod faciunt nullus lusorum aliquid lucratur sed ...

admittit multiplicantur ibi mendacia periuria et verba va-
na et ociosa. Sunt etiam utilia remuneratione. Ecc. xiiii
Omne opus electum iustificabitur, et qui operatur illud hono-
rabitur. Opus electum est opus utile, sicut grana utilio-
ra eliguntur et in horreo reconduntur, sicut grana vilio-
ra abiciuntur vel a vento tolluntur, sic grana adultina
huius sunt opera mortua cum area ventilatur
devotionis non habentia pondere amoris et veritatem
Sic opera que non fiunt propter deum
sed propter vanitatem aut favorem hominum. Ecc. xiiii. Omne
opus corruptibile in fine deficiet et qui operatur illud
ibit cum illo. Gregorius Sap. iiii. Vana est spes illorum et labores sine fructu
et inutilia opera eorum. Opera peccatorum sunt inutilia
ratione vel in presumptione spes talium quiescit vel in desperatione
et deceptibilem, et opera inutilia quantum ad veritatem. Ecc. xiiii
Et habent statim quo mali operarii qui rem malam ut bonam
vendunt, et eam que parum valet vendunt precio excessivo.
Habent etiam operarii fraudulenti: qui enim veniunt
super eos dominus eorum tunc festinant et nituntur fortiter
operari, qui non vident eos segnes sunt et ociosi, non
attendentes quod qui xpi deum [illegible] oportet dominus et fortiter laborando
do non facit opus quod valeat pro deo totum restituere
tenetur quod accipit et in quo dominum dampnificavit.
Col. iii. Obedite dominis carnalibus
non ad oculum servientes quasi hominibus placentes sed in simplicitate
cordis timentes deum. Quodcumque facitis ex animo operamini
sicut domino placeat et non hominibus, scientes quod a domino
accipietis retributionem hereditatis [illegible]
Perficite opus vestrum ante tempus et dabit vobis mercedem
vestram in tempore suo. Ecc. Prov. xxiiii. Prepara foris
opus tuum et diligenter exerce agrum tuum ut postea edifices
domum tuam. Artifex qui vult opus suum bene vendere
debet foris hoc in domo sua antequam ad mercatum veniat
illud bene preparare. Sic agricola agrum suum bene colere
si vult inde fructum recipere et domum suam utiliter munire.
Et nos antequam tempus mortis operare et fideliter laborare,
et ideo sapientes ponunt operandi facultatem et opus quia labor
tempus subiugit temporis longanimitate et opportunitate. Ideo
ante tempus operemur, ne cum antequam veniat mortis tempus
at domum effluat tempus deficiat opus mortis fragilitas
litas carnis occupato domo ruptas mortis tempore
vius. brevitas temporis operis defectus negata facultate et con-
... proprium quod molestia et invalescit carnis fragilitas et per
cupiditas magis et magis nos impedit et operari non sinit
videlicet Gal. v. Manifesta sunt opera carnis que sunt
fornicatio invidia et hiis similia, qui talia agunt
regnum dei non consequentur. Caro enim concupiscit adversus
spiritum et sic quasi deficit de labore. Sequitur aut semper ad ca-
ritatem meritorie et penitentie et statim tepescere. Unde ex-
tra tepescenti dicit illud Apoc. iii. Memento unde
excideris et penitentiam age et prima opera fac. Memento in-
quit unde excideris, amisisti nuditatem, perdidisti gratiam, age
vides mortis mora, timere debes iudicium, penitentiam age
penitentiam quia deus te expectat patienter, parcet facile
et condonabit et suscipiet liberaliter, quia quamvis necessitas
stas rogat peccatorem ad penitentiam nec criminis quantitas
nec vite enormitas, nec temporis brevitas, nec hore extremitas

excludet a regna. quia Jone iii Vidit deus opera niniuitarum
quia conversi sunt et misertus est super maliciam quam dixit ut fa-
ceret et non fecit et obliviscitur etiam deus peccatorum totaliter. et premia
opera fac sicut bonus operarius quanto plus premie vacant ocio
et voluptati qui incipit manum ponere ad opus tanto magis
vacat operi. Quod quidam sunt operarii qui semper volunt esse
in taberna et inebriari et uxores et filii moriuntur fame
in domo sua. Eccli xix. Operarius ebriosus non locupletabitur
[illegible] domus cum moribus accedit. Tunc non habet operarius locum
nisi faciat opus suum. Eccli xxxiii [illegible] tuum operare insti-
cia non est enim apud inferos invenire cibum. Justiciam dicit ut
fideliter et iuste operetur homines et ad honorem dei ut sit opus
deo gratum. Coll. iii. Quodcumque facitis in verbo aut in opere in nomine
Jesu Christi facite. Quarta conditio operis. Primo [illegible] et sibi faciet ma-
ledictionem. Jere xlviii. Maledictus qui facit opus dei fraudulenter. de-
bet in bono opere querere honorem et fidelitatem ut homo habeat
utilitatem. Custodire enim tenetur domina ipsius corporis. et ideo lo-
quitur nobis [illegible]. Desinet in quo via post operari. Judic xvi. dum
videret Samson et [illegible] philisteis domus cecidit. Ec-
sunt tempora [illegible]. Joh ix. Operamini dum dies est venit nox
in qua nemo potest operari quia dies breves sunt et cito effluet
ideo festinare debemus ut habundamus operum [illegible] artifices opere ma-
nuali omnes ope manuali. Eccli x. Melior est qui operatur et habun-
dat in omnibus quam qui gloriatur et indiget pane. Sunt quidam
[illegible] qui [illegible] indigeant laborare in manibus.
dedignantur. Dominus enim Jesus [illegible] et laboris
[illegible] volunt [illegible] quia Joseph qui faber erat. faber di-
co lignarius hic carpentarius. Item Christum manibus operando
acquirebat. Eccli vii. Non oderis laboriosa opera et rusticatio-
nem ab altissimo creatam [illegible]. Quia homo nasci-
tur ad laborem sicut avis ad volandum Job v. Et sicut avis dege-
nerans natura que nescit volare ita homo degenerat qui nescit la-
borare non vult ut rusticator [illegible]. Rusticacia opera dicuntur aut
mechanica officia ut pannos texere sotulares facere. [illegible] va-
rietate [illegible] rusticanum [illegible] videntiis eos ditiores
[illegible] ista humilia officia est qui faciunt nobiliora ut auri-
faber et [illegible]. Ita et spiritualiter quanto humiliorem magis [illegible]
prior [illegible] fundamentis in omni opere bono [illegible] per
brevitatem temporis velociter operemur. Eccli xxxi. In omnibus operibus
tuis esto velox et noli superbire de tuo opere. Eccli x. Noli
te extollere in faciendo opere tuo. nescis enim utrum opus tuum
sit deo acceptum et utrum possis consummare ipsum. Desistit opus
qui negatur a facultas operandi quod erit in futuro. quibus est
tempus non operis sed remuneracionis. Eccli ix. Quodcumque potest ma-
nus tua instanter operare quia nec opus nec ratio nec scientia erunt
apud inferos quo tu properas. Instanter dicit hic [illegible] propter
brevitatem. Prov. xxii. Vidisti hominem velocem in opere suo
coram regibus stabit nec erit ante ignobiles. Vel instanter id est fer-
venter sine remissione. Prov. xviii. Qui mollis est et remissus
in opere suo frater est sua dissipantis. Vel instanter id est continue contra ocium et inter-
polacionem. Eccli xxxviii. Omnis faber et architectus qui noctem
tanquam diem transigit vigilia sua perficit opus. Sic faber
ferrarius sedens iuxta incudem et considerans opus ferri cor
suum dabit in consumacione operum. Vel instanter id est perseverant-
er. Gal. vi. Opus bonum facientes non deficiamus. tempore enim suo metemus

non deficient. Ista enim quatuor requiruntur: celeritas contra negli-
gentiam, fervor contra tepiditatem, continuatio contra intermissionem,
perseverantia in hiis omnibus, ut dicat illud Johannis xvii: Opus consummavi
quod dedisti michi ut faciam. Quod non est opus, tempus spatium
operandi, nec ratio allegandi, nec sua deliberandi, nec sapientia
eligendi, apud inferos quo tu properas male operando. Inde hec
defuncto. Quia ipsi mortalitatis termini incerti. Quarto
et ultimo concludit utilitatem mercedis, et dabit vobis mer-
cedem in tempore suo. Hec merces erit accelerata contra dilationem.
Apocalypsis ultimo: Ecce venio cito et merces mea mecum est. Et secundum
quantitatem operis sit retributio mercedis. Ecclesiastici: Reddet deus
mercedem laborum sanctorum suorum. Et beate dicit cito contra illud
Jacobi v: Ecce merces operariorum vestrorum que fraudata est a vobis
clamat et clamor eorum in aures domini sabbaoth introivit. Contra
eos qui nolunt operibus mercedem eorum reddere si faciunt eos in-
anis expectatione. Hec merces eorum erit secura. Contra a(?)
nem apud deum est merces eorum. Sapientie v. Quod apud deum
fideliter repositum est. Nulla enim lima, nulla fur invenit quo
recipiat mercedem in celo, et etiam aquae. Sagittarius
eis datis ubi unusquisque mercedem accipiet secundum suum laborem,
in Corinthiorum iii. Ergo si labor crescat merces multiplicatur. Hec contra opera-
rios qui operantur per totam septimanam et in die festo comminuunt, vel
ad talos perdunt. Quarto sollicitati sunt. Ecclesiastici ii: Qui timetis deum
credite illi et non evacuabitur merces vestra. Hec merces erit ma-
gna contra ad comprehensionem. Genesis xv: Noli timere Abraham, ego
protector tuus sum et merces tua magna nimis. Magna est
merces que comprehendi non potest. Ipse enim est merces nostra
cuius magnitudinis non est finis. Aut tres. Ecclesiastici: Modicum mer-
cedis temporalis que tamen modica est quam unum sanare non
si tunc quicquid delectationis temporalis excogitari posset in unum
creatura conflatum esset. Ut igitur ab eterna beatitudine mercedis
tantam pro modico perderemus ut illi qui in peccato mortali
mortui sunt. Ecclesiastici: Mortui nichil noverunt amplius nec habent
ultra mercedem. Non enim sunt regnum eorum que sunt
propterea mortui sunt nisi per revelationem. Si scirent eorum que fa-
cta sunt dum essent in seculo que nescierint dum peccatis
vivebant nec habent ultra mercedem quia nec proficiunt in merendo
nec resoniunt in gaudiis. Hec merces erit eterna contra ad dura-
tionem. Ecclesiastici xviii: Non verearis usque ad mortem iustificari quia
merces domini manet in eternum. Si enim laborares tota die pro vi-
tualibus unius anni uel unius diei, quid deberemus pro deliciis et
in toto tempore vite mee que est tantum laborare et operari.
Et hypocrite per veritatem et eterna falsa decipiunt et morti(?) sanctitatem simulant,
Mathei vi: Amen dico vobis receperunt mercedem suam, similiter
avaricie et malis operibus qui prius expenderent. Beati sunt
non receperunt opus suum. Similiter laboratoribus qui non expecta-
verunt expectare donec maturescat fructus. Sapientie non nescierunt
Sapientie i: Ut [illegible] pugne nec spem mercedem speraverunt iustitie, nec
indigenuerunt honorem animarum sanctarum que non honorem
et eterna mercede fruentur. Que merces recipit celeritas sequi-
tur libenter acquiritur faciliter, possidetur perhenniter. Operatur
Vere hec est finito labore diurno reddita. Est merces mer-
cenarii quod celerius reddita est a paternitate liberalissima, sic tanta
quod liberaliter et novissimis qui una hora laboraverunt sic tantum
datum est sicut primis, largo deservit faciliter et datus est

denarius qui rotunditate sua eternitatem significat. Ergo possi-
detur premium post. Cum dederit dilectis suis sompnum ecce here-
ditas domini. Augustinus: Quod deus preparavit diligentibus se, fide non capi-
tur, spe non attingitur, caritate non apprehenditur. Desideria et vota
transgreditur, acquiri potest, estimari non potest. Eccli. nolle ix
Docebant iuvenes dare sanctam honorare soceros, diligere
73 maritum, regere familiam, gubernare domum et seipsam ir-
reprehensibilem exhibere. Tobie iiii° Hec est admonitio ne-
cessaria coniugatis maxime mulieribus que docet coniugatam
quomodo curialiter debeat se habere ad proximum, quam fidelis ad maritum,
quam sapiens ad regendum officium, quam irreprehensibilis circa deum.
In primo curialitas, in 2° fidelitas, in 3° sagacitas, in quarto
sanctitas designatur. De primo: honorare soceros; de 2° di-
ligere maritum; de 3° regere familiam. Docet quod honorare so-
ceros, sicut fecit Thobias et uxor eius. Revertens ad soceros circa il-
lorum egit, quia per amorem et honorem quem sibi ad maritum
debent coniuges, debent etiam ipsi parentes coniugum ignorare.
Eccli. iii° Gloria hominis ex honore patris sui, et dedecus filii
pater sine honore. Consistit autem honor iste in quatuor: in
verbis, ut ipsum non rideat vel verbis non impetat; in signis,
ut indignatio non appareat; in obsequiis ut debitis, ut tristem
demulceat; in subsidiis ut pauperem foveat. Contra ad Rom. Prov.
xx° Honor est homini qui separat se a contentionibus. Omnes autem
stulti miscentur contumeliis. Et quia sunt viri soceri coniugum, non
oportet eis ridere vel iurgia committere, sed dulciter loqui et non inere-
pare, sive sint patres sive matres, sive senes sive iuvenes. i Thimo.
v° Seniorem ne increpaveris sed obsecra ut patrem, iuvenes ut fra-
tres, anus ut matres, iuvenculas ut sorores. Viduas honora que vere
viduae sunt. Lev. xix° Coram cano capite consurge et honora personam
senis. Soceri, dicunt senes, respectu generorum suorum, qui sunt eis
alteri patres, et ideo honorandi sunt benivolentie et reverentie
signis et assurgendum est eis. Signa enim indignationis dicunt
homines honestos a peruigere? suorum dominorum. Sed multi honorant
eos qui divites sunt et non curant de eis qui pauperes sunt. Contra
illud Levit. xix° Non consideres personam pauperis nec honores vultum
potentis. Contra ad Cor. i Cor. xii° Que videntur membra cor-
poris infirmiora necessaria sunt, et ignobiliora circumdamus ho-
nore abundantiori. Nobiliora enim membra corporis plus obse-
quimur, et pauperibus ignobilioribus, ut ventri et pudendis, honoramus
ea que per velamentum sunt nobiliora, ut pudenda honoramus
magis adhibendo femoralia linea, et ventrem circumdando ipsum
zona aurea vel argentea. Sic in corpore mistico debilibus ad-
hibenda sunt honoris obsequia, sicut Ruth secuta est socrum
suam et obsequebatur ei. Ruth ii Honore invicem prevenientes. Contra
hoc dicitur Eccli. iii° Gloria hominis ex honore patris sui et de-
decus filii pater sine honore. Si quis indiget socer aut socrus,
propter honorem coniugum et propter honorem dei debent eis in
subsidiis temporalibus subvenire. Prov. xiiii° Qui calumniatur
egentem exprobrat factori suo, honorat autem eum qui mi-
seretur pauperis. Sunt autem quidam coniuges viri et mulieres
qui male honorant parentes. Contra illud Eccli. iii° Qui
timet deum honorat parentes et quasi dominis serviet his qui
se genuerunt. Et hoc tangitur Eccli. vii° Honora patrem tuum
et gemitus matris tue ne obliviscaris; memento quoniam nisi per
illos non fuisses, et retribue illis quomodo et illi tibi. Non sunt
similes qui peccatum nutritum est ab avicula que dicitur masenga

propriam nutricem occidit Audiui de quodam impio qui patrem suum
senem faciebat iacere in stabulo et unam vilem sclauinam de-
derat ei ad induendum filius autem illius impii valde dolebat de
auo suo quod male tractabatur a patre suo et ait patri suo pater
eme michi sclauinam Cum pater noster bonas habeas vestes quid
inde vis facere Ego inquit illam tibi seruabo ut cum senu-
eris induam te illa et tibi faciam sicut fecisti auo meo qui te
genuit et nutriuit et omnia que habes tibi dedit Hic est exem-
plum optimum quod scribitur in hystoria britonum de rege qui tres ha-
bebat filias quesiuit a prima quantum diligebat eum Respondit illa
plus quam animam propriam Dedit ei rex maritum et terciam partem
regni sui Quesiuit a secunda quantum diligebat eum Respondit plus quam
omnem creaturam Dedit ei pater maritum et aliam partem regni Quesi-
uit eciam a tercia minore quam maxime diligebat Respondit Pater di-
lexi ut patrem et adhuc diligo et si vis audire veritatem quantum
habes quantum vales tantum te diligo Indignatus pater
priuat eam regno Tandem illa nupsit regi francie Senescen-
te patre insurrexerunt generi in socerum auferentes ei regnum ex-
pellentes patrem Tandem ei necessaria subtrahentes et regnum ex-
pellitur Tandem abiuit cum velocitate et desperatus filia soror minor recepit
eum in francia cum auxilio restituitur patri regnum Iste honor
exhibendus est coniugibus viris a mulieribus sicut dicit Sapiens Debent hunc
honorem mulieres deferre maritis suis honorem quod non
faciunt que dicere sunt maritis in cordibus perperam et verbis Au-
diui quod maritus et uxor veniebant de foro leporem quendam
transiuit coram eis et cum capere vellent eum euasit Tunc ait maritus
Pinguis erat lepus si cepissemus eum comedissemus eum frixum
Uxor ait melior est sic frixus Non ait uxor Volo comedere non
cum pipere et ita diu inter se litigabant de lepore quem non
habebant et illa protinans insistens tandem bene verberata
est a marito sic cogitauit quo se vindicaret audiens autem
rex valde infirmaretur dixit famulis regis hic maritus meus
est optimus medicus ut volt nullum aliquem curare nisi timore
et verberibus inductus Ducitur ad regem rogatur ut medeatur eius
egritudini negat se esse medicum et optime verberatur Non
fecit ista sicut Sarra que honorabat maritum suum prima Petri iii Sa-
ra obediebat Abrahe dominum eum vocans Iste honor exhiben-
dus est mulieribus a viris propter pudicicie ornamentum Petrus ibidem Vi-
ri similiter cohabitantes quasi infirmiori vasculo muliebri impar-
tientes honorem ut non impediantur oraciones vestre quia viri
qui mulieres suas ad continenciam prouocant et utrique ex mutuo con-
sensu tenere castitatem non debent continent fragilitatem et sexum
muliebrem honorent quia sine mutuo consensu tenere castitatem
non debent aut vouere quia vir potestatem sui corporis non
habet sed uxor i Corinthiorum vii Idem ibidem Nolite fraudare inuicem
Frequenter enim quedam est et peruilegie promittit quod adhuc in altius
stabile est ut est quanta donare s ... quis ... auferat rem duorum
sine consensu et hac de causa adulteria multa perpetrata sunt
dum una pars continet et alia labitur Et ideo dicit ibidem
Ad Bellarminam ... in tali causa quis magis accusari
quam ... culpari debeat virum illum qui repulsus a con-
iuge fornicatur an illa que repellendo a se virum eum for-
nicationi quodammodo obiecit Et non quod dicit Petrus ut non
impediantur oraciones vestre Et similiter ut vacent oracioni In ma-
gnis enim festiuitatibus et tempore ieiuniorum debent coniuges continere

et obseruare tempus et locum et modum ut non inordinate contra
legem nature et honestatis suis uxoribus abutantur Qui enim
vacant operi coniugali non propter hoc ut attendant prolis susceptionem
fornicationis vitatione debiti solutionem Et sciat vnusquisque
vas suum possidere in sanctificatione. i. tess. iiii° Et de quibusdam
dicitur illud ps. homo cum in honore esset non intellexit com-
paratus est iumentis insipientibus et similis factus est illis Non intelligunt multi
honorem coniugii quod dominus per seipsum et in paradiso constituit et sua
presentia nuptias voluit honorare, cum alii ordines siue status
extra paradisum voluntate et per homines fuerunt instituti, sicut ecce
immunda et animalia bruta aliis commiscentur et adulteria faciunt
immo tales deteriores sunt brutis, quia de leone dicitur quod ab-
horret adulterium quod cognoscit naribus et inuadit et vulgatum est quod
quedam simia recedente masculo alii commiscebatur et statim ab-
luebatur. Ita quod masculus rediens non sentiebat odorem. quadam
vero die post ultimam commixtionem cum omnes aque congellate essent
ablui non potuit et masculus rediens et sentiens fetorem
noluit intrare nidum sed statim recedens multas simias adduxit
contra eam que rostris suis adulteram lacerauerunt, ymmo deteriores
sunt brutis que tempora coeundi obseruant et postquam conceperint a coi-
tu abstinent Ieremie v. Equi amatores in feminas et emissarii facti
sunt vnusquisque ad uxorem proximi hinniebat Iste honor exhiben-
dus est propter iudicium saluatoris Hebr. xiii° honorabile connubium in omni-
bus et thorus immaculatus, fornicatores enim et adulteros deus iudi-
cabit Quod dicit honorabile connubium remouet fornicationem et quod
coniuges celebrant et thorus immaculatus quod remouet adulterium
utrosque enim dominus iudicabit i. dampnabit Debent ergo coniuges
habere oculum ad tria bona coniugii que sunt fides ut viuente
uxore maritus nulli alii coniugatur, nec uxor viuente marito, nec
diuidat carnem suam alii adherendo, reddant sibi debitum nisi
continere voluerint ex consensu pari. nec non coniugantur causa libi-
dinis sed ut prolem generent ad seruiendum deo quod in ipsis
est sacramentum, quia indissolubile non potest postquam ratum et consu-
matum est Sed huius honorem non attendunt hii de quibus
Sap. ii° Nescierunt sacramenta dei nec iudicauerunt honorem
animarum sanctarum quod deus creauit hominem ad ymaginem
suam et hii sibi induxerunt brutalem effigiem, assimilati be-
luis per superbiam, apris per iracundiam, vitulis per luxuriam, porcis
per ebrietatem. Iste honor exhibendus est propter iustitie complemen-
tum Eccl. xi. Benedictio dei in mercedem iusti festinat et
in honore veloci processu illius fructificat Coniuges enim iustitiam
sibi exhibere debent et benedictionem dei consequuntur et in hono-
re fructificat Ecc. iii° Deus honorauit patrem filiis. propter
quod hominum fauere honoribus ne videamur contempti. reddite
ergo omnibus debita. cui honorem honorem. Et certe si gentili-
bus est maritus debetur honor coniugii quanto magis reddatur a
christianis Ierony. in epistola ad Celantiam Semper in pri-
mis viri auctoritas sua tota quod a te discat domus quantum illi ho-
noris debeat tu illum obsequio tuo. tu illum magnum tua hu-
militate demonstra. tanto ipsa honoratior futura quanto illum
amplius honoraueris. caput mulieris est vir. nec aliunde magis
reliquum corpus ornatur quam ex capitis dignitate Rogemus ergo
74 Monebant parentes Sarre
eam honorare. diligere maritum regere etc. Nota quam carnaliter
sed deus licet mulier coniugata ad primum et de honore
tenetur ad coniugium, consequenter subdita et fidelis se habeat ad ma-
ritum [illegible] subditur. diligere maritum Est autem dilectio duplex

carnalis que est fugienda. Jere. facti sunt abhominabiles sicut
ea que dilexerunt. ita diligit maritus adulteram et uxor adulterum
Et etiam quidam coniuges se carnaliter et turpiter diligunt. Jero. adul-
ter est in suam uxorem amator ardentior. Nichil fedius quam uxo-
rem amare quasi adulteram. Here dilectio omnia afferet. Ezech. xvi. mundi-
ciam. Ipsa vero sustentasti adulterium dilatasti lupanar tuum et pere-
gisti cum eis dilexisti stratum eorum commanens aptata et ornasti te
vectis unguentis et ... multiplicasti pigmenta tua. Hic arguit
ad literam uxorem adulteram eo quod dormiens cum viro adulterum
clam suscepit et discoperiunt pallia ymo dilatavit stratum suum
varia ornamenta que sunt ut visu et odore adulteros provocet
et ornasti te regi diabolo qui rex est talium qui eos qui coniugia
ita suscipiunt ut deum a se et sua mente excludunt et sue li-
bidini vacent sicut equus et mulus qui sine immundicia huius affectu
et habet occidit demonium quod spiritualiter et aliqui corporaliter. Sicut
legitur Tob. vi. Appetitus auget concupiscentiam Sap. xv. Effigies
sculpta per varios colores cuius aspectus insensato dat concupi-
scentiam et diligit mortue ymaginis effigiem. Ornat faci-
em suam adultere et meretrices per medicamina varios colores et fa-
ciem quam deus formavit suis coloribus deformat ne deus
eam recognoscat et dicat. non est opus meum hanc faciem
non feci non pinxi. Non habuit magdalena crispantes cri-
nes nec stridentes calceos nec orbes oculos fabis fuligina-
tos. quanto fedior tanto pulcrior. Quid facit in facie cristiane pur-
purissima aut cerussa quorum alterum ruborem labiorum atque
alterum candorem oris et colli ignis fomenta libidinum impudice men-
tis indicia. Ornatus ille non domini est. velamen antichristi est. qua
fiducia erigit ad celum vultus quos conditor non agnoscit.
quid prodest flere pro peccatis suis que lacrimis cutem nudat et sulcos
ducit in facie. Spiritia sunt Jero. ad Furiam. Item dicunt mulieres
quod propter viros suos se ornent et componunt. quod non videtur
verum. fucant enim se magis cum in publicum prodeunt quam
in propriis domibus sunt. Viros enim suos simplici attendunt ut
capiantur recte operandum. Mulier enim fucata gladium exeunt ut
hominem occidat. ignem gerit ut domum comburat. venenum por-
tat ut quem voluerit extinguat. puteum discoperit ut alius cadat.
Vadit etiam frequenter ad spectacula mulier fucata. ubi castitatem
amittit quia se venalem exponit. Equus enim venalis frenum
portat in capite in signum sue venalitatis. et circulus ante domum
in signum quod ibi venale vinum. Effectus impletus provocat
discordiam. ii Reg. xiii. Exosam habuit amon thamar so-
rorem suam postquam coivit cum ea. ita quod maius esset odium quam amore
quo eam dilexerat. Ex impuritate enim incontinentie proveni-
unt litigia inter coniuges et maxime cum in adulteris diligere re-
volant maritales. Sapiens vir debet iudicio diligere
coniugem non affectu. ut non regat eum impetus voluptatis
ut propter feratur in coitum. Diligi eo excitante zelotipia
et heresis ... multi
eribus zelotipa. Eccli. xxvi. Dolor cordis et luctus mulier
zelotipa que scilicet est nimis suspiciosa circa virum suum. talis
est vel revelandi consilium. Eccli. xxxvii. A zelantibus te absconde
consilium. Exemplum hec amentiam iii Esdre iiii°. diligit homo
uxorem magis quam patrem. et multi dementes facti sunt propter
uxores suas. Hoc est exemplum de herode qui interfecit ma-
riamnem uxorem suam ex nimio amore quem habebat ad
eam. amens factus est ita ut defunctam eam non crederet

et in excessu mentis positus quasi amentes alloquuntur tanquam causa
affectus circa desiderium sicut recitat Crisippus. Sic Adam ex
nimio amore uxoris sue quam nolebat contristare cre-
atorem suum offendit et preceptum suum transgressus est. Et
non mirum Adam in paradiso non habuit nisi unam mulierem
illa vero non quievit nisi decepit donec ipsum fecit de para-
diso eiectus est maritus eius et Christus suspensus. Dicebat He-
rodotus quod mulier cum veste deponit verecundiam. Quod si
tristis gerit quod non fecerit obliviscitur. Si quis autem testes affu-
erit ipsa cum artificio sanguine cogit eum non vidisse
quod viderit. Quod verum expugnare non valet, hec lacrimis
impugnat, blanditiis mollibus seducit, amplexibus instat. Unde
Aristoteles et Seneca in libro de remediis: Amor irrequiete for-
me bonis oblivio est et insanie proxima et mire querens
animo corruptum. Est etiam dilectio socialis quia de-
bent se invicem diligere quia pares sunt et socii. Unde mulier
de costa est non de capite ut non displiceret et non despiciat
non de pedibus ne maritus eam nimis conculcet et despici-
at. Ephes. v. Viri diligite uxores vestras. Et sic viri debent dili-
gere uxores suas sicut corpora sua. Qui suam uxorem diligit
seipsum diligit. Nemo enim carnem suam odio habuit. Et sequitur
uxor autem timeat virum suum. Licet in gentilibus legis dilectio vi-
deatur imperari. Sicut patuit in uxore Hasdrubalis que viro
capto seipsam incendit et aliis multis que maritis mortuis
supervivere noluerunt. Et tamen illa dilectio non sancta et pudica non
comparatur. Et bene dicit: Nemo carnem suam odit, quia maritus
et uxor una caro efficiuntur. Gen. ii. Hoc nunc os ex ossibus me-
is et caro ex carne mea. Ergo uxoribus sicut nostris corpori-
bus est providendum ut eis victum et vestitum et ea que sunt necessaria
procuremus. Ista autem dilectio formanda est ut sit mera pu-
ritatis intentionis, ut non diligant se coniugati nec matri-
monialiter coniungantur propter emolumentum aliquod temporale vel
pulcritudinem forme aut propter impletionem voluptatis libidinose
sed ut simul vivant iocunde et honeste ut deus honora-
retur et fructus ad serviendum deo inde generentur. Sunt ergo
perfecte vite cum uxore quando diligit omnibus diebus
vite sue. Qui enim pares sunt, tunc in pace vivunt. Sed qui
propter dotem vel aliquod temporale vel pulcritudinem forme
vel impletionem voluptatis libidinose, sed ut vivant simul
iocunde et honeste non [illegible]. Unde si vis nubere nu-
be pari. Et ubi dos est, iurgia lites. Unde in hystoria
Grecorum legimus inter leges Ligurgi quod virgines sine do-
te nubere iussit ut uxores eligerentur non pecunie, et
matrimonia sua viri coherceret, cum nullis dotibus tenerentur.
Per totas enim noctes quedam exercent garrule questiones:
mulier sequitur illa ornatior procedit in publicum, hec ho-
noratur ab omnibus, ego in conventu feminarum misella de-
spicior. Cur aspiciebas talem? quid cum ancilla loquebaris?
De foro veniens: quid attulisti? Pauperem habere difficile
est, divitem ferre tormentum. Dicit etiam inseparabilitas affectio-
nis. Prov. xvii. Omni tempore diligit qui amicus est. Sic le-
gitur i Reg. xviii de David et Ionatha quod anima Ionathe conglu-
tinata est anime David, dilexit enim eum sicut animam suam.
Non enim vitam gerunt individuam, debent habere affectionem
amoris et inseparabilem, non tempore de marito vel cor-
rumpere ad alium adherere. Mulier enim relinquens virum

suum peccat multiplex sicut dicit eccl. xxiij. Fidem enim et legem matrimonii transgreditur, et filios aliquos ex alieno viro suscitat ita quod veri heredes exheredantur et cum multis aliis modis. Unde legitur quod quidam demon habitabat in Francia per cuius dicta demoniaci et abscondita manifestabat, et erat opinio quod non mentiebatur, et cum venissent ad eum et de multis interrogassent et omnibus vera respondebat, ille Ezime docet sicut dicunt fueri debeat se vocari. Tandem unus temptans eum ait: dic mihi quot filios habeo. Unum inquit solum habes, et ille vocans inclinat ait: Dicebatis quod iste non mentiebatur et manifestum est quod modo mentitus est, dicens mihi non esse nisi unum filium, cum ego habeam duos. Et demon ait: verum dixi, nam unum solum habes, alius est sacerdotis, et ille erubescens ait: dic mihi cuius meus et cuius sacerdotis. Et demon: non dicam, sed oportebit te utrumque pascere utrumque curare. Sit etiam liberalitas correptionis ut libere possit vir uxorem arguere, et ex dilectione illa recipiat, et eius. Unde dicit Prov. xxvij. Meliora sunt vulnera diligentis quam fraudulenta blandientis oscula. Alibi etiam: Corripit pater filium quem diligit, corripiendi enim sunt secreto amici non palam obiurgandi, ut in suis viciis aut inhonestatibus inueniendi. Unde non debent indignari cum illi corripiantur a viris maxime qui nimis indulgent levitati. Detrahunt enim quedam civitatis frequentiam, plateam plurima, fora spectacula, choreas confabulationes, interesse choreis, videre et videri. Sit etiam sanctitas cohabitationis. I. Pe. i. Castificantes animas vestras in obedientia caritatis in fraternitatis amore simplici ex corde invicem diligite. Nunquam enim vera potest esse dilectio nisi inter bonos, licet aliqua effigies dilectionis in eis qui vacant viciis, et quo peruenit quod in illa amicitia et dilectione quam habent maculat inuenitur aliqua dilectio. Quanto enim sanctitas illa quanto est honestior tanto securior. Et quanto castior tanto iocundior. Ubi hec quatuor concurrunt ibi apparet matrimonium coniugalis dilectio socialis et spiritualis etc.

Debuerit etiam parentes docere ipsum regere familiam et gubernare domum. I. Thi. v. Discat domum suam regere quod fit in quatuor. In filiis, in servis, in animalibus familiaribus, domus officiis. Ille ut filios erudiat, servos inertes et lascivos abiciat, ancillas inordinatas et garrulas corripiat, domum instruat, et sic tota domus sub isto regimine pacata fiat. Ut impleat illud Psalmi: Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus mee. Ut consuescat audiat ergo filios ut nichil aliud adiscant audire vel nichil aliud loqui nisi quod ad timorem Dei pertinet et amorem. Turpia non intelligant, cantica mundi ignorent, filie a sedulitatibus corporis arceantur, ne quod male didicerint pervius doceant. Deute. vi. Erunt verba hec que precipio tibi in corde tuo et narrabis ea filiis tuis et meditaberis sedens in domo tua. In fide enim et moribus a principio debent instrui pueri, sicut filium suum Tobias timere Deum et abstinere a peccato, et parentes Susanne erudierunt eam secundum legem Moysi. Dan. xiij. Eccl. vij. Filii tibi sunt erudi illos et curva eos a pueritia eorum, tunc quando flectere ad bonum quia tunc flexibiles sunt, sicut autem amplius senex non potest adiscere ambulationem, ita quod in pueritia non didicerit hic in senectute adiscere poterit. Unde habetur exemplum de libro de dono timoris de illo qui cum propter furtum duceretur ad suspendium ligatis manibus post tergum vidit patrem suum

qui dolens et flens sequebatur eum et vocans patrem ait Per-
de in osculum, et cum oscularetur eum momordit ei nasum dicens
Hec omnia mala mihi fecisti qui dum essem puer et te sci-
ente incipiebam furari et multa mala facere non me casti-
gasti. Eccl. xli De patre impio querentur impii filii quoniam propter
illum sunt in opprobrium. Dicit enim Jeronimus in epistola
ad Lettam De instructione filie: Difficile redditur quod rudes
imbiberunt animi. Lane colorem quis in pristinum revocet, et rudis
testa diu saporem retinet et odorem quo imbuitur. Unde accidit quod
propter bonum regimen domus matres que prius steriles erant sine
filiis postmodum domino dono gaudent filiis. Psalmo: Qui habitare
facit sterilem in domo matrem filiorum letantem. Servos iuvenes et lascivos a-
bigat. Eccl. xi Non omnem hominem inducas in domum tuam
multe enim sunt insidie dolosi. Insidiantur enim dolose quia
dominas suas mali servi possunt circumvenire et decipere. Unde dicit
Jeronimus ad Furiam de viduitate: Iuvenum fuge consortia comatulos comptos
atque lascivos domus tue tecta non videant. Cantor pellatur ut no-
xius, fidicinas et psaltrias et istiusmodi chorum diaboli quasi chorum mortife-
rum sirenarum carmina proturbat ex edibus tuis. Ne procurator
calamistratus ne formosus collactaneus ne candidulus et rubicun-
dus assecla adhereat lateri tuo. Maxima quoque domus servus
plena superbie. Ne enim habent modestiam in gestu ne pudici-
ciam in habitu ne abstinentiam in cibo ne verecundiam in ser-
mone. [illegible] inveniens servum fidelem impleatur illud Eccl. xxxiii Si est
tibi servus fidelis sit tibi quasi anima tua, quasi fratrem sic eum
tracta in [illegible] et dilige. Jeronimus ad Celantiam: Fami-
liam tuam ita rege et confove ut te matrem magis tuorum
quam dominam videri velis a quibus benignitate magis quam severi-
tate exige reverentiam. Fidelius et gratius semper obsequium
est quod ab amore quam a metu accipitur. Hec tamen prudens
mulier caveat ne servus et ancilla domum suam polluant
sua incontinentia. Jere. v. Saturavi eos et mechati sunt et
in domo meretricis luxuriabantur, quia quedam mulieres mere-
trices hec sustinent quoniam in eas dampnatione sunt. Magna enim
cautela adhibenda est famulis et ancillis quia in eadem domo
morantes simul comedentes sese mutuo inflammant. Rectores pro-
pinquos [illegible] stupra et incesta [illegible]. Si haberemus oculos pene-
trantes videremus intestina multis plena stercoribus et fel-
lis pulmonem vesicam et alias abhominaciones. Nec autem
mulierem videri formosam non facit pulcritudo sed infirmitas
oculorum. Si enim visus esset ita subtilis sicut auditus qui au-
dit ultra parietem que nunc videntur pulchra indigeret turpis-
sima. Bern. Quid est pulcritudo carnis nisi velamentum tur-
pitudinis. Sub gloria carnis latent occulta dedecoris. Aufe-
ratur de corpore mulieris vel pellis in facie ad spissitu-
dinem unius denarii et ad longitudinem et ad latitudinem digiti
que prius pulcra turpissima videbitur. Ancillas infor-
matas et peiores [illegible] maxime si fuerint inobedientes
[illegible] loquaces dominam aut filias seducere volentes [illegible]
Sunt enim multi inobedientes et vaniloqui et seductores quos
oportet redarguere qui universas domos subvertunt docentes que
non oportet turpis lucri gratia. Hec sunt ancille que
venales [illegible] prodant dominas suas et ad luxuriam invitant eas.
Unde [illegible] sit quedam domina. Cum enim quedam ex
ancillis suis diceret ei domina talis miles diligit vos
qui multum probus est et pulcher et dignus amari, illa statim vocat

alijs ancillis ferit cum fortiter verberaret, et primo de fene-
stra domus que super fluvium sita erat in aquam precipitavit, et
ita exemplum dedit alijs ut nunquam talia verba suggerere auderent, et
ideo honesta domina et casta debet fore ancillas castitatis Jerony-
mus ad custodiam. Interdum animus dominarum ex ancillarum lasci-
vitate iudicatur. Secretum virginum et viduarum societate appetere, et si
sermocinandi cum viris dominabitur necessitas arbitros ne dimit-
tas. Tanta esse confabulandi fiducia sit ut intrante alio ne
paveas ne erubescas. Speculum mentis facies est et taciti
oculi cordis fatentur archana. Idem ad Salvinam: Non am-
bulet iuxta te calamistrata procurator nec histrio fractus in
feminas, non cantorum diabolica venenata dulcedo, non iuve-
nis voluptuosus et nitidus, incertis crebro stemmatibus in-
ter te in obsequijs molle vigatur. Habeto tecum virginum et
viduarum chorus. Habeto tibi servis solacia. Ex ancillarum
moribus domine iudicantur, et si hic arguendi sunt
arguendi sunt et mariti qui ... arguendus est multo magis
lucri et dissimulando consentiunt ... vendunt causa turpis
spectare ... Sicut dicit Salomon doctus
so. Et maledicte matres que vendunt filias ... prostituerint
fuerint puerum in prostibulo et puellam vendiderunt pro vino ut
biberent, talis domus male regitur. Prover. xv. Conturbat
domum suam qui sectatur avariciam, domum suam custodiat
nec adolescentulas et ... suos amant filias ha-
bentes exhortantes simpliciter. Pari enim labore et
desudare debent. Illi foris victui et vestitui necessaria dili-
gere, illa vero introrsus domus circam gerere et famili-
am custodire, licet modo labor in aliquibus sit mutatus et labora-
re consueverint dominare reperiuntur. Unde Columella de re ru-
stica mulieres loquens sic ait: luxu et inhercia desciunt ut
ne lanificii quidem curam suscipere dignentur, nec tamen etiam
occupandus est animus muliebris circa familiaria negocia dum
sit intentus ita divinis. Judith viro consueverat. Judith in superi-
oribus domus sue cubiculum secretum in quo morabatur mulieribus
et secreto orare et secretum fecit oratorium. Denique ad Cella-
riam: Ita habeto domus sollicitudinem ut aliquam tamen vacationem
anime tribuas eligatur tibi oportunus et aliquantulum a fa-
milie strepitu remotus locus in que tu velut in portum sese
ex multa tempestate curarum te recipias et excitatos foris
cogitationum fluctus secreti tranquillitate componas. Tantum ibi sit
divine lectionis studium, tam crebres orationum vices, tam firma
et pressa de futuris cogitatio, ut omnes reliqui temporis occupationes
hac vacatione compenses. Nec hoc ideo dicimus ut te retrahamus
a tuis, immo id agimus ut ibi discas, ibi mediteris qualem
tuis prebere te debeas. Sicut ergo se habeat uxor ad affines in
primis ita ad maritum et ad regendam domum. Irreprehen-
sibilis erit apud Deum. Nam nec eam reprehendere poterunt
vicini primum de dulcia, nec maritus de superbia, nec familia
de negligentia, nec Deus eam reprehendet de inobediencia, quia cor
eius non reprehendit eam. I Johannis iii. Si cor nostrum non reprehen-
derit nos fiduciam habemus ad Deum ut quicquid petierimus ac-
cipiemus ab eo quia mandata eius custodivimus. Ad Rom...

Honora viduas que vere vidue sunt. I Thi. v. In
verbis propositis viduitatis status honoratur cum dicitur honora
viduas. Et que sit vera vidua specificatur cum dicitur

que vere vidue sunt. Quantum ad primum commendantur vidue quia sunt
honorande. Sunt enim efferende preconiis, fovende subsidiis, vi-
sitande solaciis, defendende in negociis etc. Sunt enim efferen-
de preconiis. Unde hic non multum commendatur Anna vidua
in textu, ymmo illa vidua sapiens scilicet Judith et vocem et illa
vidua paupercula in evangelio que duo minuta misit in gazofi-
lacium. Excellit enim iste status coniugii. Sicut enim apostolus propter
periculum fornicationis concedit virginibus nuptias, ita propter
fornicationem concedit viduis matrimonia. Que enim innupta
est sollicita est que sunt domini. Mulier autem soluta a le-
ge viri cogitat que sunt dei. Bona enim est copulacio coniuga-
lis, melior continentia vidualis, perfectior integritas virgina-
lis. Ad quod ostendendum de intemerata virgine ex qua Christus
nasceretur, mox nata ab Anna vidua benedicitur, facta iuvenis
ad nuptias ire non dedignatur. Et licet melior sit status vi-
duitatis quam nuptiarum, tamen aliqua coniugata potest esse maioris
meriti quam vidua. Et ad statum eorum commendatum pertinet quod deus
viduarum se dicat protectorem. Exo. lv. Vidue et pupillo non
nocebitis; si leseritis eos vociferabuntur ad me et ego exaudiam
vocem eorum. Sunt etiam fovende subsidiis. Unde antiquitus
sustentabantur stipendiis ecclesie vidue que pre etate aut infir-
mitate non poterant laborare. I Thimo. v. Si quis fidelis habet
viduas subministret illis, ut non gravetur ecclesia, ut hiis que vere
vidue sunt sufficiat. Nolebat enim apostolus gravare ecclesias in
viduas que non haberent aliunde sustentationem, si valebant
per divites qui habebant neptes suas carere eis sustentationem
tamen. Unde requirit misericordes ad eas. Job xxii. Viduas
dimisisti vacuas. Sunt etiam visitande solaciis. Jac. i°. Re-
ligio munda et immaculata apud deum et patrem hec est vi-
sitare pupillos et viduas in tribulationibus eorum. Hec est
compaciendo corde, consolando ore, benefaciendo opere. Sunt
etiam defendende in negociis. Ysa. v. Causam vidue non
ingrediatur. Ysa. i°. Querite iudicium, subvenite oppresso, iudica-
te pupillo, defendite viduam. Secundo status viduitatis speci-
ficatur cum dicitur Que vere vidue sunt. Ad dandum scilicet
que vere vidue non sunt. Vere autem vidue secundum apostolum sunt
officiose ad proximum, affectuose ad deum, rigorose ad se, ...
mature ad exemplum. De primo I Thimo. v. Si qua vidua
filios aut nepotes habet, discat primum domum suam regere,
et nepotes aut filios erudire. Non est parvi apud deum
meriti filios bene educare. Unde sequitur de vidua lau-
dabili: si filios educavit, si omne opus bonum subsecuta est. Je-
ronimus ad Letham: Si quando ad suburbana pergis domi filiam non
relinquas. Nesciat sine te non posse vivere, cum sola fuerit per-
timescat. Non habeat colloquium secularium, ne familie pessime
... ludis misceatur. Pro gemmis et serico divinos codices amet,
in quibus non auri et pellis Babilonice vermiculata pictura pla-
ceat. Non malarum virginum cantilena, non misceat impudicis
servulorum; sit inter virginum choros; ... non discat
... sacrilegium ... nesciat seculum, vivat angelice
in carne sine carne. Si vero filios aut nepotes non habeat
vidua, habet pauperes proximos et cognatos quos educet et
nutriat, quia sunt membra in christo. De viduis. Proximus est
... misericordiam facit. Fac misericordiam et eris proxima. Non sanguinis
necessitudo sed virtutis cognatos proximos facit. Quia nos in carne

ambulans sed in spiritu. Et bene dicit: omne opus bonum subsecu-
ta est. Hec autem si sit . . . eius in Christo, pallor ex ieiuniis, elemosina
in pauperes, obsequium in servos dei, humilitas et sordes et
vestium et in cunctis sermo moderatus. Sunt etiam affectuose. 1 Thi-
mothei v. Que vere vidua et desolata speret in deum et instet obsecra-
tionibus et orationibus nocte ac die. Talis erat Anna vidua
lxxxiiii annorum que non discedebat de templo ieiuniis
et obsecrationibus serviebat die ac nocte in maturo [illegible]
obitu destituta iam effeta corpore, sui diversorium in templo
colloquium in prece, vita in ieiunio, que dierum et noctium inde-
fesse devotionis obsequio cum corporis agnosceret senectute pa-
[illegible] nesciebat etatem hec viduitatem non occasione temporis
nec imbecillitate sed virtutis magnanimitate servavit. Hee sunt
vere vidue et ideo in suis orationibus exaudiuntur a domino.
Eccli xxxv. Non despiciet dominus preces pupilli nec viduam
si effundat loquelam gemitus. Unde Act. ix ad instantiam
viduarum Petrus suscitavit Thabitam, circumdederunt eum omnes vi-
due flentes. Sunt etiam victoriose ut vincant ignita diaboli
iacula, carnis temptationes, carnalium suggestiones. Talis vidua
fuit Judith que sola iudeos obsidione afflictos metu pressos fa-
me tabidos liberavit et ab hoste defendit et holofernem mul-
torum preliorum successu terribilem interfecit et exercitum eius vicit
et cum vicisset holofernem et exercitum eius cum exultatione [illegible] inter
victorie viduitatis non reliquit officium sed gemitus omnibus diebus
[illegible] ambiebat, vestem iocunditatis deposuit ut cibo ma-
cerata est ut adulterio [illegible] Esto ergo o mulier vidua temperans casta.
Primum a vino ut possis casta esse ab adulterio. Adultere enim
possunt nocere [illegible] ebrietas. qui uxores se vina [illegible]
ut vincerentur a vidua. Nam si Judith bibisset forte [illegible]
rum adulterio. sed quia non bibit alienos exercitus sobrietas vidue
vidue vicit. Vincunt etiam carnis temptationes. Apostolus mace-
rat corpus suum et anime subicit imperio et adolescentula fer-
vente sibi corpore de castitate secura est. Unde in omni-
bus vina et epule sunt incentiva voluptatum. Ieronimus: non
carnaliter vincere hoc est semper pugnare quotidie et inclusum semper
hostem subicere. Noxii sunt illi etiam cibi qui calorem augent
[illegible] semper frigidis calidi cibi et vetera vina [illegible]
sunt. Qui in hiis consilium habebit ieiunia plus orationem
pro delictis et [illegible] reportabit a domino. Luce xviii viduam
cui [illegible] vindicavit. Vincant etiam carnalium suggestiones
ut respiciat verba pessimarum mulierum que corrupte sunt et
alias per posse corrumpunt. Hieronymus: cum tamen de radicibus [illegible]
non crescunt ut iam [illegible] qui [illegible] appetat [illegible]
[illegible] ut [illegible] carnis [illegible] fetore [illegible] licet
[illegible] iam carnis gustu saciari non possunt, que licet
[illegible] peccandi subtrahatur ut iam opere peccare nequeant retinent
tamen peccandi voluntatem, sicut gallina [illegible] capite saltat
et anguilla secta palpitat. Et hystrio cum clausus est a domo
[illegible] libenter intraret si posset et sic carnis [illegible] possunt in
ad hostium pede [illegible] et quod agere in se non possunt [illegible]
aliis faciunt et ideo tot mortibus digne sunt quot [illegible] sua pri-
mas cum muliere illa peccabunt quam [illegible]
[illegible] sicut qui unam domum incendit [illegible] fuerint [illegible]
alie incendio cum est reus. Hee sunt que fuerint [illegible]
et muliebria ornamenta ad vendendum [illegible] occasiones

vendendi loquendi cum mulierculis uel etiam cum magnis dominabus
et decipiant eas. In hac etiam vituratione sunt nutrices de
quibus Jeronimus ad furiam. Caue nutrices et gerulas ysticasque ve-
nenosa animalia que de corio suo ventrem suum satiari cu-
piunt. non suadent quod tibi sed quod sibi prosit et sepe illud ob-
ganniunt sola ne perpetua moriens tempore immatura nec dulces
natos veneris nec premia vota. Sicut idem Jeronimus ait. Cogita
te cotidie esse morituram. et nunquam de secundis nuptiis cogitabis.
Cogita quia a marito non cohererent vim matrem surgere pe-
nes et surgere ad matutinas nocte que solebas hore dormiri cu-
Et ut ait Ieronimus libro secundo super epistolam ad Galathas Ex regione utique
ingenia diversa nascuntur · In omni etiam tempore paritas convenit
enim in iuventute et in senectute bona et mala pariter inveniuntur
sed in iuventute magis sunt habilia ad scientiam · in senectute vero ma-
gis ad sapientiam · In sexu paritas reperitur · Namque et secundum Aris-
totelem in omni genere masculi prudentiores discretiores sensu
habeant · quod femine · tamen aliquotiens videmus contrarium evenire
In omni etiam genere animalium preter ursum et leopardum · femine sunt
maribus debiliores · tamen ipse sunt ad instruendum leviores · aptiores

molliores maioris pietatis magis flentes · magis inuide magis di-
ligunt lites · magis inuerecunde · magis mendaces · fortioris memorie
ctiue deceptioni subiecte · Non ergo est mirum si ea que dicta sunt
semper diuersa forment ingenia quia licet ad aliquas qualitates sint ad-
dispensata · tamen equari possunt ex accidentali causa · Ingeniorum autem diffe-
rentiam apte uidemus · Alios quidem elegere · alios uero natura subtiles
Valet autem maxime in omnibus ingenium naturale inseri aut ab
arte aut doctrina referre non possunt que desunt a natura · preterea tar-
diores et uelut forceas acuere · et que naturaliter bona sunt · meliora
reddere · Sed sunt quidem ita uel lingua hesitantes · uel ita uoce ab-
sonis · uel ita uultu et motu corporis agrestes · ut etiam si ingenio
et arte ualeant · tamen oratores perfecti non fiant · Sunt autem quidam in hiis
que dicta sunt abiles · ut ad hec uideantur non solum nati sed tot natu-
re muneribus ornati · ut a deo potius uideantur electi · et tamen in omnibus rebus pre-
bet adiutorium et doctrina · cum est quedam perfectio si non data ulti-
Et sicut dicit Tullius in libro de oratore primo · Animi et ingenii celeres quidam
motus esse debent · qui et ad cogitandum acuti et ad exemplificandum ordi-
nandum et sint uberes et ad memoriam firmi et diuturni · Et si quis
est qui putat arte accipi posse falsum est · Preclare enim res se sibi
si liceat attendi ac commoueri arte possunt · Sunt enim quedam que sic ipsa
homine nascuntur · lingue solutio uocis sonus latera uires conformatio
quedam et figura totius oris et corporis · Innotescenda ingeniorum anti-
qui patres solebant · et prout apparebat eis eorum ingenia sic eos appo-
nere uidelicet diuersis artibus informabant · Nam ut dicit Augustinus in libro
contra Faustum xxii · Animi prudentes capaces et fertiles primitus sepe in-
culti sunt · quibusdam cui prudenti suis consiliis accomodate · si fuerint pre-
ceptis exculte · Sicut enim agricole dum terram uiderint ingentes her-
bas quamuis inutiles ferre frumentis aptam esse iudicant · et ubi fi-
litem aspexerint · licet eradicanda sciant ualidis uiribus abilem
esse · utilem cultura accedente non dubitat · Sic ille animi motus
quo Moyses peregrinum fratrem a ciue iniuste uindicans iniuria non obseruato or-
dine potestatis inultum esse non pertulit · non uirtutum fructibus inutilis erat
sed adhuc incultus · uiciosa quidem licet magne fertilitatis signa fun-
debat · Equalis etiam erat si forte bonis accuis uicinis clementibus cla-
tos uidet usque ad pectora cetera palpitat et uanis fecit inniti lin-
gua palati · Effundit sed prauus animus sed dente rationem · Iude
quam maxime militem de uultu et dispone corporis qui meliores forent
tirones solebant eligi · Prout dicit Vegetius libro primo · Ex uultu inquit
ex oculis ex omni conformatione membrorum eos eligat qui implere
militia ualeat bellatorum · Namque non tantum in hominibus sed in equis
etiam et in canibus uirtus multis declaratur indiciis sicut doctissimo-
rum hominum disciplina comprehendit · Quam in apibus Mantuanus
poeta dicit · Nam duo sunt genera · hic melior in signis in ore · et ru-
tilis clarus squamis ille horridus alter desidia latera quam trahens
inglorius alius · Sic ergo adolescens mancipandus operi · Deputandus uigi-
lantibus oculis erecta ceruice · lato pectore · humeris musculo-
sis ualentibus digitis longioribus brachiis · uentre modico
exilior cruribus suris et pedibus non superflua carne distentis
sed neruorum duricia collectis · Cum hec in tyrone signa depre-
hendis proceritatem non magnopere desideres · Utilius enim est fortes
esse milites quam grandes · Hec hic Vegetius · Ideo minorem cor-
pore sed fortiorem armis designat fuisse · Sic etiam ut supra
habitum fuit · ex phisonomia corporis et figuris extrinsecus cogno-
scitur habitudo discipuli cuius sit ingenium informandum · Sed quia

Sit mag9 agitur negociu ment9 qz corpois· no est ex toto ple
qma inuenitur frequenter ingeniu bonu in deform corpe 7 econv
pensati intu9 ex gra qd corpulus defuit in natura Prout dt Sen.
in pmis cplus declarans discipulis sus inique instt se natur
gessit et talem aim in male collocauit aut fortasse nobis noluit
thelpm ondere posse ingeniu fortissimu ac beatissimu sub qua-
lep ente late cedere inuchi visit est qui dixit Crator est
pulcres vamens a corpore victi ipse sui deus est et corpus sui
konsperat effermosi in videtur clarens 7 tam perfectis corpore
qd ma pt ex saga vir magnus exire Ut etia ex deformi hu-
mili qz corpusculo formosi animi et magni Aubsdat ita-
qz in videtur in hic tales natura creare h· deformes ut app-
bet ovitate cum loco nasci qui posset nudus p se edere animos
fensset Nunc quos ampliq e fecit. quosda em edit corporibus
impeditos· sz mihi perpentes obstan Claranq in in exempla
redditus ut sive possemq non deformitate corporis fedari dum
sz pulcritudine animi corpus ornari Hec Sen Usus industriam
in ingenio initialem docet Tulius in lio de oratore p° cum usus
et ares docuit quod sapit omnis homini aut qd sit de romanis
exercitabit homines nostros. magnitudo varietas multitudo qz in
om gne causarum ut ad eam doctrinam quia quisqz studia conu-
ta esset adiungeretur usus frequens qui om inferiori precepta su-
peraret ingenia vo nostrorum hom multu ceteris hominibus om gen-
tiu prestiterunt. ppr hunc usum tanrequarebg phus dicebat mitte
aliud esse oratores nisi quosda aparios lingua celeri 7 exercitata
In bellis etiā nō tam multitudo et virtus inbecta qz ~~oratores nisi quos~~
~~dam aparios lingua celeri~~ ars et exercitatio pstare solent victori-
am Ut dt Vegecius Nulla etiā alia re videmq populum Romanu
orbem sibi subegisse terrarum· nisi armorum exercitacione disciplina
castrorum usu qz milicie Quid em adversus gallorum multitudinem
paucitas Romana valuisset. quid adversus germanorum pericitate
Romana breuitas potuisset. Adversus multitudinem et fortitudinem
hyspanorum· adversus sapientiam grecorum adversus hec omnia pfuit hyca-
nem solertem eligere. usu armorum docere. quotidiano exercito
roborare. quecunqz eueniunt in acie et plus omnia in campestrem
meditacione pruiderem pruice in desidis vindicando Scia em
rei bellice dimicandi nutrit audaciam Nemo facere metuit qd
didicisse se bene confidit In certamine em bellorum exercitata pau-
citas ad victoriam promior est qz rudis et indocta multitudo
exposita semper ad cedem Idem est in usu armorum Cum em exer-
citati sunt p se p usus frequentam parum timet cu aliis et di-
sputaverint inire certamen et lutam Qui vo usum nō habuerint
timebut ad singula Sicut ad solem predens videtur tremere
oculg qui diu fuit nutritus in umbra. hic aut usus adeo ne-
cessarius est ut ex frequencia vincat et superet impedimenta naturalia
Sicut refert Valerius maximus de demostene cum laborabat
dupli impedito oris et pectoris Non em poterat nominare
primā litteram artis sue quam volebat addiscere s· rethorice Sz
cum usus ex frequencia portaret in ore calculus 7 exaudiretur ad
loquendum ut longiudo et clamando conaretur contra fluuium
duplex oris et pectoris euicit impedimentum et sic se oratorem
summi reddidit et pfectum Volo aut Tulius in lio de oratore ut
se efferat in oratore fecunditas Na facilius reuocatur· sicut
in vitibus ea que nimium producunt· quod si nichil valeat ma-
teries nova sarmenta cultura excidentur Idem volo esse in
adolescente unde aliquid amputem Non em pt in eo succus esse
diuturnus qd nimis cito recepit maturitatem consecutum Sicut etiam

Tuliusque excitabat se ut tres personas solus sustinet · iudicis et alio ipse cogitans quid diceret · sua · adiu[illegible]tasset. Quae duo inquit plerique quam ingenio feci simul · alio dicens quod cogi[illegible] meliusque dicerent si aliud tempus sumerent quam ad cogitandum simul faciunt, sed ad dicendum putaret aliud.

Ut ingenium temperato exercitio acuitur et sic quaedam demum in legendo, in conferendo, in disputando, in scribendo. Et circa primum, id est ad lectionem, ostenditur quod aliqui legendi sunt magistri breviores paucioraque utiliora.

Ingenium etiam exercitatione moderata, sicut dictum est, acuitur, quod si retusum fuerit ut ferrum multo labore exacuetur, et in prolixitate industria et studio consequetur. Modus autem et moderatio huius exercitationis attendi videtur in quattuor, scilicet in legendo, in conferendo, in disputando, in scribendo. Legendo sine intermissione, conferendo sine fallacia, disputando sine pertinacia, scribendo sine fatigatione corporis vel angustia. Legenti autem pauciora ad retinendum, breviora ad delectandum, utiliora ad edificandum, compendiosa quoque vel plurima ad impugnandum et sic attendendum compendiosa quae legenda sunt. Ut enim dicit Gratianus: Quidam saeculares litteras legunt ad voluptatem, quia poetarum figmentis ex ornatu verborum delectantur. Quidam vero ad eruditionem eas addiscunt, ut errores gentilium legendo detestentur, et utilia quae in eis inveniunt ad usum sacrae eruditionis invertant, et id laudabiliter eas addiscunt. Unde beatus Gregorius quendam episcopum reprehendit non quia litteras saeculares didicerat, sed quia contra pastorale officium pro evangelica lectione grammaticam exponebat. Hic Beda: Turbat acumen legentium et deficere cogit, qui eos a legendis saecularibus libris omnimodis existimat prohibendos, in quibus si qua inveniuntur utilia, quasi sua sumere licet. Alioquin Moyses et Daniel sapientia Aegyptiorum et Chaldaeorum litteris non paterentur erudiri, quorum tamen superstitiones et delicias horrebant, nec ipse magister gentium aliquos versus poetarum suis vel dictis inseruisset. Et Ieronimus super epistolam ad Titum: Daniel quoque de mensa et vino regis comedere noluit ne pollueretur. Si sapientiam et doctrinam Babiloniorum sciret esse peccatum, numquam acquiesceret discere quod non liceret. Discunt autem, non ut sequantur, sed ut iudicent atque convincant. Quomodo si quispiam adversus mathematicos velit scribere imperitus matheseos, risui patebit, et adversus philosophos disputans si ignorat dogmata philosophorum. Discunt ergo ea mente doctrinam Chaldaeorum qua Moyses omnem sapientiam Aegyptiorum didicerat. Idem in homilia de luxurioso et prodigo filio: Hoc iubet facere solemus quando philosophos legimus, quando libros sapientiae saecularis ad nostras devenimus manus: tunc quod utile reperimus in eis ad nostrum dogma convertimus, quod vero superfluum de idolis, de amore, de cura saecularium rerum, haec eradimus, his calvitium inducimus, et in unguium morem ferro acutissimo desecamus. Unde in Deuteronomio mulier alienigena capta in bello veste mutata iubetur ungues et caput radere et in coniugium ducere. Et Cyprianus ad Desiderium: Omnia probate, quod bonum est tenete. Et Ieronimus ad Pammachium et Oceanum: Volumina omnium tractatorum volumina haberem ut ingenii tenacitatem eruditionis diligentia compensarem, quamvis Origenis errores non sequar, quia omnia quae dicit interpretatus sum. Quae tamen introducuntur de scriptura gentilium non sunt ducenda, apud etiam ipsos auctores si aliquid retractant, et quia consonant veritati, et quia nullum est fortius testimonium quam quod ab inimico prolatum est. Hinc Augustinus in libro contra Manichaeos: Quid vero de Sibilla vel Orpheus aliique vates vel philosophi fuisse perhibentur, valet illud quidem ad paganorum vanitatem revincendam, non tamen ad istorum auctoritatem amplectendam. Quantum enim distat ad Christi adventum

mt predicatorum angloiam et confessione demonum tantum int
mcuriositate sacrilegarum scripturarum et auctorum prophetarum Et Jeronimus
super epistolam ad Titum Si qui cogimur philosophorum litterarum recorda
ri et ex hiis aliqua dicere que olim omisimus non est mee volu
ntatis sed ut ita dicam gravissime necessitatis ut probemus ea que a
prophetis sanctis ante secula multa predicta sunt tam grecorum quam
latinorum et aliarum gentium litteris contineri Rariora etiam legenda
latinorum et aliarum gentium litteris quia velut infinita sunt scriptu
ra divina hec autem intelligimus quando in pluribus intentis minor est
si non vacat omnia legere vel ne pluribus intentus minor sit
sensus ad singula vel pro capacitate ingenii legentis pauciora quia
sensus ad singula De capacitate ingenii dinoscitur Nam quod viri e
xercitati sunt admirationes Propter hoc dicit Seneca Omnia quidem nosse
hominis aliud est parvum Propter hoc non laudabile Breviora etiam legenda sunt
est impossibile Parata vero non laudabile Breviora etiam legenda sunt
Quia medicina brevis est et brevitate gaudet Et Sidonius ingenit
Quia medicina brevis est et brevitate gaudet plurimum prodest cum non intel
ad externum legentibus ingerit brevitas plurimum prodest cum non intel
lectu comprehensibilis liber longior sed colligit subtiliori compendio
id quod legitur tenax memoria custodit Utiliora etiam legenda
sunt ut dicit Tullius ad auditorem Atheniensem Caveat ab omnio
scientiis evadenda essent eo quod inferendi veri boni occupant Et
Hugo Si omnia non potes legere ea que sunt utiliora lege
Cavetur semper non minus evitandum esse lectori ne in studiis mori
bus suis detrimentum pendat sed ne in bonis et utilibus proposito tepidus
remaneat Et Seneca in epistolis Invenisses necessaria sed non sui
sses superflua Et idem alibi In cibis valent satiari res magna de
Peccat et plus quam velle quam satis est intemperantie genus est

Ex ingenio acuitur in conferendo &c

Ingenium etiam acuitur in conferendo Ingenium enim ut ait Jeronimus con
ferendo et sine doctore laudabile est tamen multum acuitur quando cum alio
conferendo conferuntur Unde Gregorius in 20 homilia de primo bono Cum est
utilis ad instruendum lectio adhibita collatione maiorem intelligen
tiam prebet Ethica enim conferre quam legere collatio dubitatum
facit Nam frequenter interrogationibus veritas veri sepelitur et
sepe obiectionibus latens veritas aperitur Quod enim de sermone
aut dubium conferendo cito perquiritur Hec Gregorius Super collatio
frequenter meditatio prorsus quam ubi est lectio et conatur animi ingenio
Lectio idem Gregorius ubi supra Lectio medicine aualis egit et sic frui
nalis torcular frequenter tamen meditatione aperitur ac legendi assi
duitate colligitur De qua meditatione supra dictum est ubi supra
Ex ingenio acuitur in disputando Et quod circa disputationes debe
mus attendere intentionem modum ordinem et cautelam
Ingenium etiam acuitur in disputando Semblis dicta est quod collatio per
tinet ad magistros disputatio vero ad minores prestat De
collatione habemus exemplum in beata virgine que conservabat et
conferebat verba domini in corde habemus etiam in apostolis qui
conferebant de domino ad invicem sermones ambulantes et erant
tristes sed aperta est eis via veritatis quia Jesus reve
lavit eis scripturas habemus exemplum in Paulo qui secundum
revelationem ascendit in Jerusalem ut de evangelio haberet collatio
nem cum Petro De disputatione dicit Salomon quod verba sunt
plurima multa quidem in disputando vanitatem habunda Quod ibi verbe
verum est ubi res non querimus primo verba ut ait Augustinus
in 4o libro de doctrina christiana Bonorum ingeniorum insignis est
indolis in verbis verum amare non verba Et in libro contra acha
demicos idem Augustinus Cum de re constat superfluum quam verba dicimus
de verbis non oportet contendi et quisquis id facit si imperitia fa
cit docendus est si malicia deserendus Si docere non potest mo
nendus ut aliquid potius agat quam tempus in superfluis operam quam

consumat. Si non obtemperat negligendus. De captiosis autem et
fallacibus latiunculis bene preceptum est. Si male credendo insidia
tur ab ea que concessa sunt esse recedendum. Si verum falsum quod in una
cui non potest relinquendum. Hec Augustinus. Non est ergo omnino contempnenda
disputatio. Nam et ipse Salomon disputavit super lignis a ce
dro que est in Libano usque ad ysopum que egreditur de pariete.
Disputabat etiam Paulus in synagoga Rome sabbatum in nomine
nomen domini Jesu. Sed circa disputationes attendere nos debemus
intencionem ordinem modum et cautelam. Intencio recta requiritur
ne sint disputationes finaliter ad inanis glorie adeptionem. Sicut
dicit Augustinus quod inflata facies eius ipsum videre verum non sinebat.
Finaliter autem dico, nam hec in pueris sustinetur, ut ex laudibus quo
rum ingenia nutriantur. Incipiunt enim acrius agere et vehemen
tius acui cum audiunt pueri se laudari. Unde et Tullius Tuscula
narum libro primo: honos inquit alit artes omnesque accenduntur ad studia
gloria. Iacent que ea semper que apud quosque improbantur. Et quo
minus honoris erat poetis eo minora studia fuerunt. Hec Tullius.
Quod enim locum habuit apud philosophos mundi huius erant animalia
laudibus avida. Sed locum non habet apud professores discipulos Christi.
Ne sint etiam disputationes ad obviationem. Aristoteles in viii topicorum:
Qui litigatorie interrogat prave disputat, et qui etiam in re
spondendo non concedit quod videtur. Et Jeronimus in epitaphio Nepo
tiani: sermo precipuus eius et omne convivium erat de scripturis ali
quid proponere, libenter audire, verecunde respondere, recta suscipere,
prava non acriter refutare, disputantem contra se magis docere
quam vincere. Ne sint disputationes ad ignorantie proprie occultatio
nem. Hugo in libro de institutione noviciorum: dum pre aliis sapi
entes simplex volumus videri, erubescimus vel ignorantiam nostram
aliis detegere, vel aliorum sapientiam [illegible] ad nostram depressionem
aperire, et quod nonnumquam contra nostram conscientiam vel nostrum errorem
impudenter defendimus, vel alienam veritatem maliciose impugnamus.
Ne sint disputationes ad veritatis subversionem. Ambrosius in libro de
incarnatione dominica: hec est dyalecticorum gloria si videantur expugnare
verbis et refellere veritatem. Contra vos dicimus: fidei est ut veri
tas non verba pendantur. Denique verba philosophorum excludit sim
plex veritas piscatorum. Sit ergo intencio disputantium ut dispu
tent vel ad exercendum ingenium et acuendum. Sicut dicit Pro
sper in prologo libri de vita contemplativa: tractatio questionum et si non
instruit intelligentiam, quod quasi animum exercet tamen querentis
ingenium. Vel disputent ad cognoscendum [illegible] veritatem. Augustinus
in libro soliloquiorum: veritas melius queri non potest quam interrogando et
respondendo. Vel disputent ad alios edificandum et instruendum.
Prosper de vita contemplativa libro primo: hoc specialiter doctor ecclesie
elaboret quis sancte ipsum cum audiunt fiant sanctis disputationibus
meliores, non vana assentatione fautores. Vel disputent
ad caritatem commovendum, quia in epistola ad Titum precipit apostolus
episcopum talem esse ut potens sit exhortari in doctrina sana
et contradicentes revincere. Et Jeronimus in epistola ad Paulinum: sancta ru
sticitas sibi solum prodest, et quantum edificat ecclesiam Christi ex vi
te merito, tantum nocet si destruentibus non resistit. Et Hylarius
libro primo de trinitate: Parum est in rebus ad salutem maxime
necessariis ea sola que vera sunt ad fidei satisfactionem afferre.
Nam plerique blandientes fallunt sensum dictorum meorum
in exploratione ex assertionibus nisi etiam [illegible] adversariorum de
inertie inanitates fidem meam in eo ipso quod ridicula esse
arguantur affirment. Ordinem quod in disputationibus requiritur est

ordo debitus disputandi. Primo uterque aliquid proponat sive aut oppo-
nens proponant et continuato sermone ut incorrupto videntur non omnia
verba opponentis sed medium breviter recolligat et manifestate de-
fectu in arguendo ad rem et non ad hominem aut ad nomen videat
nisi per instantias ut fieri solebat antiquitus sed veritatem astruat. Nisi
forte sciens de industria sustineat ut videatur quid inde contin-
gat. Quod in omni arte prius oportet ad propositionem quam placere. Et secundum Ar- Alex
disserente oportet prius recedere. Et secundum legem separata. Nisi recedide
ratis non intelliget. Cum ordo maxime necessarius est in
theologica facultate vel disputatio vel inquisitio. Cum sumat initium
a fide. Unde Jeronimus contra Luciferianum: Ridicula penitus est
assertio ante de fide disputare quam recedere ordinem aut dispu-
tandi et modum artificialem docet Aristoteles tam in Topicis quam in
Elenchis. Et cum quatuor sunt genera disputationis secundum unumquodque
contra artificem disputativa variatur. Nam doctrinalis disputatio pro-
cedit ex propriis principiis uniuscuiusque discipline cuius finis
credit et propriis principiis ex probabilibus colligentibus contradictione
est sed dialectica vero ex probabilibus. Temptativa vero procedit ex communibus circa propria
cuius finis est fides. Temptativa experimentum ignorancie. Sophistica vero
cuius finis est. Sunt que videntur et non sunt cuius finis est metha
predicit ex aliis que videntur. Quem finem consequitur per media. Et sic modi
sunt quinque diversa quem finem consequitur per media. Et hec omnia loqui sunt
arguendi fallendi in dictione et extra. Et hec omnia loqui sunt
ut omni scientia aliquis non videbitur qui subtiliter in aliqua scientia
disputabit qui dialecticam non agnoscit. Et in libro 2o contra Acha-
demicos dicit Augustinus: Sine dubio non esse sciam Sic Plato vir
sapientissimus et eruditissimus tum sui temporis qui ita locutus est
ut quicunque diceret magna fieret. Et ea locutus est ut quicumque
dicerent Plato non fierent. Post mortem Socratis magistri sui dicit
a pitagoricis multa didicisse. Pitagoras autem non contentus greca
phisica que tunc aut pene nulla erat aut certe occultissima per
que cum moty pherecide cuiusdam disputationibus immortalem esse ani-
mam credidit. Multos sapientes longe late quam peregrinatus audi-
erat. Plato igitur adiungens leporem subtilitati quam Socratice qua
in moribus fuit naturalium rerum divinarumque peritiam quam
diligenter acceperat subiungens quam quam formatricem illarum partium
iudicem quam dialecticam que aut ipsa esset aut sine qua omnino
sapientia esse non posset perfectam dicitur composuisse plene disci-
plinam. Hec Augustinus. Dico quod multum esse necessarium disputare scire
non tamen etiam demonstrative vel topice sed etiam sophistice. Ut
sciat homo sibi a sophismatibus precavere et in parte hec exer-
citans quia non discernit sophismata et maxime obliga-
tiones et insolubilia a pueris. Nam sunt in arte pugilatoria
multe disputationes exercitationes ut fiant pugiles abiliores sic in
obligatoria disputative supponitur falsum ut videatur quid re-
pugnet quid sequatur quamvis exercitatio facilius proveniret ad co-
gnoscendum veritatem. Finis enim huius disputationis est melior
status sciencie et ingenii exercitium. Ut hec dico quod sit doctrina
inter disputationes sophisticas et theologicas. Unde Augustinus contra
Achademicos libro 2o: Ad ea que temere concessa sunt rursum
redire non solent illi contendere quos ad disputandum non
minime diri cupiditatis sed ingenii iactantia pueri impellit.
Apud me autem presertim cum adhuc nitendi educandi quam satis
non plenum concedit. Si etiam in preceptis habeatis nolo ad
ea vos discutienda redire oportere que concesserat incaute
Item quod in disputationibus requiritur est modus debitus qui debet
procedere a caritate intrinseca et cum honestate extrinseca. De se-
cunditate Ambrosius super primam epistolam ad Thimotheum: Inter servos dei debet

esse collacio et non altercacio Et petrus in itinerario Clementis libro 2o Cum
quiete inquit et ordine veritas requiritur Nonnulli sepius in dispu
tacionum certamine nisi errorem suum senserint confutari tamquam perfugium mox
conturbare incipiunt et movere lites ne palam fiat omnibus quod supe
rantur Et ideo hic ego frequenter exoro ut cum omni pacientia et quiete indagi
nio disputacionis habeatur ut forte si adimus recte quem viderit illud
repente et apertius liceat explanare Solet autem in medio aliter dici aliud
et aliud audiri dum unusquisque licencie proferitur aut unus violenter aditur
Et ob hoc nobis pariter audientes sermones ut nec alter alteri succumbat
nec sermonem dicentis intempestivus sermo contradicentis interrumperet nec
ego reprehendendi studium geramus sed liceat ut dixi unumquemque plane dicta
repetere ut examinacione iustissima clareat veritas agnoscenda Oc
namque debemus quia si quis a veritate vincatur non ipse vincitur
sed ignorancia que in eo est Demon pessimus quem qui effugare po
tuerit palmam salutis accipit De honestate circa gestus in epistola
disputantibus effuse audiente populo plausibus sive strepitu manus fa
cere inhiantibus Caput enim movere brachia torquere totum corpus
conturbare quid aliud est nisi similitudo insanie. Et quod pugili similem
ostendere Jeronimus in prima epistola Interest aliquid inter clamorem theatri
gravem et scele impudicum incessum ondit et manus mota et unum inter
dum vestrum et relatum ad caput digitum et reflexum oculorum Insuper in
aptum exeunt hec Gestus quia ve miseris qui fallacie in disputacione
a se laudantur Et ipsi inde ineptius gloriantur Sed quibus idem
ubi non et Contra dementia eius est qua clamores imperatoris hylarem
ex auditorio dimittit Quid legitur quod ab hominibus suis laudatus et
quos non potest ipse laudare Quanta quam in disputacionibus requiritur
est cautela Et quia de ipsis cautelis sunt sufficienter dialectica docet
tam in libro elenchorum quam in viri Theophori libro de cautelis sapien
est agendum Caveat igitur opponens ad sophismata proferatque ne proponat
inutiles questiones Ut Jeronimus super epistolam ad Titum Quid in
prodest scire quot annis Mathusalem vixerit quoto etatis anno Sa
lomon uxorem duxerit De huiusmodi rixe sunt inutiles et vane que
lacius libro 2o de tinte Capriolas et inutiles questiones fidei
constans respuit nec sibi sensum genus intelligencie donum retineri
nec de Christo sine elementa mundi decernens Caveat eciam superfluas
verius captatum probaciones Ut Quintilianus de institucione oratoria libro
v et in rebus certis tam stultum sit argumentari quam in clarissimum
solem mortale lumen afferre Inde est quod videmus et dolemus ar
gumenta multiplicari et probaciones ubi est superfluum et nullas aut pau
cas probacionum explanacionum ingerat ubi est necessarium Jeronimus super
epistolam ad Galatas Officium mei est obscura disserere manifesta perstringere
in dubiis immorari Et Symmachus patrius in epistolam suo Jam re
apta fuit puget esse in arduis immorandum arguendumque cum regem
Parthorum in thesauro argumentorum fluxum breve ad unum se usus
persequi et sic de consuetudine magistri apparentes nec poteram considere
vel ad aliud provocare quia quod cogitaverat senserunt fundebant
motiby Debito igitur opponentibus morem gerentem per raciones
ascendentes respondere paterni et scolarium carminis redimens ex ar
gumentis polemicata nova formabat et sic fastidium tollebant et ve
ritatem fundebant Caveat decoratissimas oraciones Jeronimus ad Da
masum De tribus quaestionibus de stylistis quaedam disputante non decet
acuta argumenta querere nec ex flumine Tuliane eloquencie ducendum
unumquodque est nec aures Quintiliani flosculis et scolari declamacione
mulcendum sed sit locuco pedestris et quotidiane similis que rem
ipsum edisserat non verborum compositione (?) frondescat Caveat obscuras

Postremo cautelas li. v. c. 4 ubi aliquid illustrande gratia assumitur
et improbabiles assum-
Possidonius cautelas li v. ... caveat falso et improbabiles assum-
ptiones . Ideo ... co quod ... non est contentiosus lo-
cutor ... cautelas ... causarum ... affirmator sumit ex homine
quamquam ... ponere non posse et affirmator sumit conclusiones . Item
quando ... ex veritate caveat et sophisticas conclusiones . Item
quando non ... sophistice loquitur ... nasciturus
quod dicit ... interrogationes struxero et con-
et ... ad ... nisi nasciturus interrogationes astruxero non potero a fuga
disputatione falsa mendacium a vero nostrorum astruxero . non potero a fuga
casus ... perenda ... pudet me in re tam seria similes ludentis
Cautelas etiam dicit breve respondendo . ... ratione quod oportet
ne ponat quod non oportet et ne non servet ... studio
Sed quia de hiis docet ... vides de hiis que ad vincendum in studio
saepe ... non ... videns ... ad temeritatem ... prudens
nam cum ... agens ... et insidiatur viam
cludere . Cum temptatore agens debet eum in parte
obstruere . Cum veritatis investigatore agens . debet enim eo in parte
conferre . Cum heretico agens ... ut peccatis ... et ... in-
in epistola ad omnes fideles ... que illum ... agentes
gesserit se et ... nos docere que illum ... agentes
nobis oportebat audire prudenter ... debemus claudere . Nam nil
omnino respondere auditoris cause utile non videtur ne forte nos
... dedignare ... et fides eorum ... Sicut
... multas ... questiones
etiam beatus Augustinus claudebat ... temptantes eum insidiantes quod ei
Dicere hominis ... interrogasse et ego
querebant ab eo in qua potestate hec faceret . Respondit : interrogabo et ego
vos . Baptisma Johannis unde erat de celo an ab hominibus . Quod ex
... Johannes ... dicens ... ut ... dominus
... eius ... undique ... catenam
... nec intelligent ... interrogarunt
non ut audirent videant ... impedirent ... et obiectionem
non oportet docere ... quoniam modo respondere ... et obiectio-
illius ... conciliabili ... confundere . Sic etiam dicit Jeronimus
super Mat. li. iii° Pharisei temptaverunt eum querentes si liceret homini
dimittere uxorem suam quacumque ex causa ut ... ut ... cum tenear
... patet . Ipse autem sic ... respon-
... et quodcumque ... clarus ac in-
... vt ... thale ... modo claudat in-
nitus insipiens est ... Unde ... iuxta stultitiam sua
ne sibi sapiens videatur . De 3° Ambrosius ubi supra . Collatio de-
esse inter servos dei non altercatio . Nec enim congruit unius fidei
viros contendere ... iniquitatem ... pati et bonis dictis con-
... improbabile videtur cum pure dissimuletur
... Sic ... cattholicorum ... fideliter
De quarto ... verba emittit ut impia ... coram
disputat semper ... consilia verba emittit ut impia ... coram
... in ... disputationibus ... ma-
... fugiatur . ... in ... disputationibus ...
... ad ordinem suffragia ... quia plus valuit
... orando ... disputando ... Sic ut dicit Augustinus in
lio de bono ... nos ... in disputationibus ...
et in ... moderate scribendo
... corrigendo exemplaria excipiendo
... debemus quadrupliciter ... et dum ...
vocabulatoria . Primum in pueris ... servitur
publicani ... despiciat diligentius scribendo ...
... in epistola sua . Sicut aut in vestitu homi-
... loco ac tempori apta ... ita ingenio
refero ... vite cultu ... scriptis negligentiam quandam ...
tu ... varietas in familiaribus scriptis negligentiam quandam ...
... forensibus ... arma ... Est autem scriben-
di officium ad sapientiam acquirendam ... quatuor modis corri-
gendo exemplaria . excipiendo nobilia . redigendo in stilum tam
audita quam concepta ... imprimendo menti tenacius memoralia

Corrigenda sunt ergo primitus exemplaria. Quia ut dicit Augustinus li. ii°
de doctrina christiana: eorum qui scripturas nosse desiderant codici-
bus emendandis primo invigilare debet sollercia. Hec Augustinus. Sed multi
adeo librorum suorum pulcritudinem diligunt quod eos deturpare corri-
gendo metuunt. Contra quos Jeronimus in prologo super Job: Habeant inquit
qui volunt libros vel in membranis purpureis auro argentoque de-
scriptos vel uncialibus ut vulgo aiunt literis onera magis exa-
rata quam codices, dum mihi meis quam similibus permittant pauperes
habere ~~scedulas~~ scedulas et non tam pulcros codices quam emen-
datos. Etiam autem falsitate exemplarium errant libri super quatuor
ex incuria scriptorum vel exemplaria in emendandis
aut negligentia, sive ipsorum qui quod eis videtur in emendationibus
vel adiciunt vel subtrahunt. Et Jeronimus ad Donnionem et Rogatianum
de emendatione inquit librorum plerumque est ascribenda culpa scriptorum, dum
ex emendatis inemendata scriptitant et sepe tria vocabula subtra-
cta e medio syllabis in unius vocabuli corpus vel e regione ipsa latitu-
dinem in duo vel tria vocabula dividunt. Item ad Lucinum: Quod si
dam impigri notarii qui scribunt non quod inveniunt sed quod intelligunt.
Et dum alienos errores emendare nituntur suos ostendunt. Et Jeronimus
falsa enim lege et tradunt intellectum et instruunt credendum falsitatis
vel corrupta codicum magnos doctores et Augustinum fefellit. Nam codex
mendosus Augustinum et ut ipse testatur in libro retractationum fefellit. Et etiam
secundum licet Augustinum in super Job pro Cornuglabri quod in hebreo habetur
fefellit et Bedam qui ne vi pro viculis i. vallu
hic ipse mendositate exemplarium pro hebraicum et grecum exponit vitu-
perare auctorem. Aliquid glosa falsa existit. Nam cum glosa habeat
super literam sicut edificium in fundamento firmari, si litera
falsa fuerit, nulli dubium quin glosa super illam literam fundata
non vera debeat censeri. Ex parte etiam glosantis hec falsitas
dupliciter accidit. Vel quia intencionem vel mentem auctoris ex quo
glosas accepit non intellexerit et ideo male extraxit. Vel quia
quasdam glosas ipsius modi vel sensu apposuit cum tamen ignoraret
vim vocabuli sive vocis vel generis aut articuli vel textum he-
brei vel greci sermonis. Non enim videtur magis hystoricum intel-
lexisse verbum ipsorum quo super mense diluvii inundante refert Con-
stantinum exilii. Similiter vim vocabuli glosator ignorabat qui
legitur ij. dixit Grizzilli et animal sequentium magis humanum
viam secundum hebreum Grizzilli et similibus et cetera animalibus in
multis terris que vocant grizzilli. Hebrei tamen in greco
historiam nesciunt qui dixit Ero immo in hebreo Coluber est, sic
enim ipse hic quod dicitur versa est in virgam. Cum constet quod in
hebreo sit masculini generis articulum vero ignoravit ille qui scripsit
super xx° O vos Israel videte ea quod cum secundum articulum glosatum
vel non possit idem esse nisi accusativum accusatum casum. Etiam
etiam Idem ignoravit qui dicit eo exponit ipsius futura
per formam ipsius cum manifeste secundum grecum non possit esse da-
tivi vel ablativi casus. Et hic placitur per literam quam scribit Au-
gustinus de ipsis figmentum simili. Quarto etiam modo falsitatem
glosa per grecum quia postille inmiscuerunt auctoritate aliquibus
cum glosis. Sunt etiam exponenda vocabula que habere vocum
solet quod nos facimus vocamus excerpta de quibus Jeronimus
contra Vigilantium: Operis ac studii mei est multos legere ut
ex plurimis diversos flores carpam non tam omnia probaturus
quam que bona sunt electurus. Idem super Pe. xxvii Nemo in-
tellexit scripturam quod hec hieras florentes. Hinc rosa rubet
hinc lilia candent ceca mea hic illuc quod trahitur ut flores

lilia relinquimus · si lilia pulc-
pulcriores capiat · si rosas colligimus hec ille. Quia ergo tempus est breve
rerum · tarde nobis suppetit et debilis est memoria · et libri sunt multi
et negociis occupamur · expedit de multis meliora colli-
et summa in scribendo magni · sed adverte quod quidam ita verba excerpere
gere · et brevitati servire · non faciunt unum quod satis est re-
licet ut de ipsa subiecta re nihil faciunt epistolis dicens · hos ego non
fundari. Quosdam arguit Seneca in secunda epistola vero qui veniunt ut audiant
discipulos philosophorum sed inquilinos, qui veniunt in theatrum voluptatis causa ad delectandas
non ut discant sicut in theatrum vel fabulis ducimur. Magnam auditorum hanc
aures oratione vel voce vel fabulis diversorium ocii sit · non id agunt
partem videbis quibus philosophi scola aut aliquam legem vite accipiant
ut alia ibi vitia deponant sed ut oblectamento aurium perfruantur
qua mores suos corrigant. Aliqui non ut res excipiant sed verba que
et cum pugillaribus veniunt alieno dicant quam sine suo audi-
ant que tam sine fructu licet non ad hoc venerit colorabitur. Qui
in unguentaria taberna resederint et paulo diutius commorati sunt
odorem loci secum ferunt. Et qui ad philosophum fuerunt traxerunt
aliquid necesse est quod prosit etiam neglegentibus. Hec Seneca. Tunc
ad notandum etiam quod est utile ut dicit Quintilianus in ho-
aut maxime excerpere est utilius plus sed essem
de patrologo poetarum scriptura ima carminis habet. Plinius ita solebat legere per
se sanctos vel eorum. Unde et Plinius ita solebat legere quod posset
per se annotabat in scripturis aliquorum que ipse legebat quod posset
excerpere ut habetur in epistola Plinii secundi. Sed Plinius maior
ita excerpebat quod auctores et quorum dicta excerpserat nomina-
bat. Unde idem in prologo libri naturalis historie auctorum nomina
ponit. Est enim benignum ut arbitror et plenum ingenui pu-
doris fateri per quos profecerit. Est enim obnoxii profecto animi
et infelicis ingenii deprehendi in furto malle quam mu-
tuum reddere cum presertim sors fiat ex usura. Hec
Plinius. Alii vero verba simul vel sermones concatenata ut sibi inv-
icem nexa · tunc est aliquid excerpere periculosum. Unde Seneca in epistola
de quibusdam Grecis aut non fuerunt circa flosculos occu-
pati · totus contextus eorum virilis est. Inequalitatem scias esse
ubi que eminent notabilia sunt. Non est admiranda una arbor
ubi in eandem altitudinem tota silva surrexit. Non est ergo quod
exigas excerpta et repetita · continuum est apud meos quicquid
apud alios excerpitur. Non habemus ista ocliferia nec em-
ptorem decipimus nihil inventuri si intraverit preter illa que in fronte sus-
pensa sunt · pauperis est numerare pecus · quotiens inspexeris occur-
ret tibi quod sumere possit nisi totum perlegeris.
Desine ergo sperare posse te summatim degustare
ingenia maximorum virorum · tota tibi inspicienda sunt · tota tra-
ctanda. Res geritur et per lineamenta sua ingenii opus nectitur
ex quo nihil subduci sine ruina potest. Non est formosa mulier
cuius crus laudatur aut brachium sed illa cuius universa facies
admirationem singulis partibus abstulit. Hec Seneca. Tu adverte quod
si liceat excerpere ut dictum est · tamen hic magis convenit imp-
erfectioribus et incipientibus quam provectis in sapientia et maturis. Unde
idem ubi supra. Non dubito quin multum conferant rudibus et
adhuc extrinsecus auscultantibus · facilius enim singula excer-
pta scilicet insidunt circumscripta et carminis modo inclusa · ideo
pueris sententias ediscendas damus quia complecti illas pueri-
lis animus potest · qui plus adhuc non capit. Certi profectus viro ca-
ptare flosculos turpe est et fulcire se notissimis et paucissi-
mis vocibus et memoria stare · sibi iam innitatur · dicat ista
et se · scilicet non teneat. Turpe enim est seni aut prospicienti senectutem

ex commentario sapere. Hec Zenon dixit. Tu quid quousque sub
alio moveris. impera et dic quod memorie tradatur. aliquid et de
tuo profer. omnes istos numquam auctores semper interpretes sub aliena
umbra latentes nichil estimo habere generosi. numquam ausos
aliquando facere quod diu didicerant. memoriam in alienis exer-
cuerunt. aliud autem est meminisse. aliud scire. meminisse est rem com-
missam memorie custodire. scire e contra sua facere quelibet nec
ad exemplar pendere et totiens respicere ad magistrum. Nec
michi sunt tutele sue sed vivunt sub aliena tutela. Tales
tur alios in quo fecit ipsi quos sequuntur. et servi
res suos. nec umquam veritas invenietur si contenti fuerimus in-
ventis. Ergo sic incedamus per priorum vestigia ut incedamus per
veterem viam. Sed si meliorem et planiorem invenimus. qui ante
nos scripserunt non domini nostri sed duces fuerunt. veritas patet omnibus
nondum est occupata multum etiam ex illa nostra est posteris de-
relictum. Ergo scribere debemus redigendo in scriptum concepta. et
hec causa studij continuandi. ingenij exercitandi. solacij assequendi
[illegible] impendendi

Sunt etiam redigenda in stilum et corpus scripture. tam au-
dita quam concepta propria. Et hoc ex quadruplici causa. scilicet studij
sive animi proprij coartandi [illegible] animi et labilitatis
et ideo docent scripture cumulum cogitationum distructi et evaga-
tio colligatur. Hec [illegible] in prologo super [illegible]
meus [illegible] et
movet sapiens ut sapientiam scribendo [illegible] virtutem cum
mens evagetur ex verbis figitur dum scribendo moratur in certis
et determinatis. Nam sicut evagatur animus in cogitando. ita in
legendo. Et sicut lectio potest eum reducere ad certitudinem. ita
cogitationem recolligere in scriptura. Unde Seneca. Vide ne lectio
auctorum multorum et omnis generis voluminum habeat
aliquid vagum et instabile. certis ingenijs immorari et innutriri o-
portet. nusquam est qui ubique est. Vitam in peregrinatione agentibus hoc
evenit ut multa hospitia habeant. nullas amicitias. Idem accidat
necesse est hijs qui nullius se ingenio familiariter applicant. sed
omnia cursim et properantes transmittunt. Non prodest cibus nec cor-
pori accedit qui statim sumptus emittitur. Nichil eque sa-
lutem impedit quam remediorum crebra mutatio. Non venit vul-
nus ad cicatricem in quo medicamenta temptantur. non convalescit
planta que sepe transfertur. nichil tam utile est quod in transitu prosit.
Distringit librorum multitudo. Secunda causa ingenij exercitandi. Unde
et beatus Damasus ad beatum Jeronimum ita scribit. Dormientem te et
iam longo tempore legentem potius quam scribentem questiunculis ad
te missis excitare decrevi. non quod et legere non debeas. hoc
enim velut quotidiano cibo alitur et pinguescit anima.
sed lectionis fructus est iste si scribas. Et infra. Quo ante
publico omnia [illegible]. Nam cum ut Tullius ait
precipuus orator homines a bestijs differamus quod loqui possimus.
qua laude ille dignus est qui in ea re ceteros superat. Ita
qua homines bestias antecellunt. Attingere ergo et que subita
sunt edissere [illegible] posita
solam desiderant [illegible] brevitate in exitu. Hec Damasus.
Et sicut exercitium ad navali bello dimicaturi primo se exercent
et sub exercitatione [illegible] minoribus et minus periculosis exercitijs
ita ingenium suum exercitare primo expedit in minoribus
conscribendis. [illegible] beatus Augustinus [illegible] que
tam a sanctis sunt scripta ad vices ingenij exercendas.
Tercio causa solacij assequendi. Unde ille [illegible] ait. Aut

prodesse voluit aut delectare poete Etiam in libro istum Cremona p-
venit animus deiecta serenus Et Cassiodorus in libro de or-
thographia Gloriosum est studium quo loqui debeas competent-
er scribere et que scripta sunt sine aliqua errorum ambigui-
tate proferre Vox enim articulata nos sequestrat a beluis
scribendi vero ratio ab imperitis Ita perfectum hominem duo ista sibi
vendicat et defendit. Et ministrare operis quem et si plebeum
est studium delectat eius quod fastidium relevat. In continue fiat
ingenium ebetat hec Cassiodorus. Ideo causa relevandi fastidy
et obtinendi claritatem ingenii scribitur. et studium vicissitudine varie
atur Unde Seneca Alit lectio ingenium et studio fatigatum non
sine studio tamen reficit. nec scribere tantum nec legere tantum debemus
Altera res contristabit vires corporis et exhauriet de stilo dico
altera solvet et diluet s. legere inquirem. Invicem hoc et illo commeandum
est et altero alterum temperandum ut quicquid lectione collectum
est stilus redigat in corpus hec Seneca Et non solum tunc in scri-
bendo animus delectatur quando ex multis vel lectis vel auditis vel
colligatis unum conficitur quod si a verbis recedatur nec tamen recedatur
a sententia. sed quod extra legitur intra conficitur et in stilum
redigitur Unde Macrobius in libro de saturnalibus Apes quodammodo
quodammodo debemus imitari que vagantur et flores ad mel fa-
ciendum idoneos carpunt deinde quicquid attulere disponunt et per
favos dividunt Et ut ait Virgilius liquentia mella stipant et
dulci distendunt nectare cellas et succum vario in unum saporem
mixtione quadam et proprietate spiritus sui mutant Nos quoque quicquid
diversa lectione quesivimus committimus stilo ut in ordinem eodem
digerente coalescat Nam in animo melius distincta
servantur. et ipsa distinctio non sine quodam fermento quo con-
ditur universitas in unius saporis usum varia libamenta confundit
ut etiam si quid apparuerit unde sumptum sit aliud tamen esse quam unde
sumptum noscitur appareat Quod in corpore nostro videmus si-
ne ulla operatione nostra facere naturam Alimenta que accepimus
quamdiu in sua qualitate perseverant et solida innatant stomacho
oneri sunt. sed tamen ex eo quod erant mutata sunt. tunc demum
in vires et sanguinem transeunt Idem in hiis quibus aluntur
ingenia prestemus ut quecumque hausimus non patiamur integra
esse ne aliena sint. sed in quandam digeriem concoquantur alio-
quin in memoriam ire possunt non in ingenium Ex omnibus colligamus
unde unum fiat sicut unus numerus fit ex singulis hec fiat
animus noster omnia quibus est adiutus abscondat ipsum tamen
ostendat quod efficit Et qui odora pigmenta conficit curat ut omnia
coeant ut nullius sint odoris propria que conveniunt confusa
omnium sucorum et odoramentorum in spiramentum unum Nonne vides quam mul-
torum vocibus chorus unus constat. ex omnibus tamen vox una
redditur aliqua est ex illis vox acuta. aliqua gravis. ita
singulorum illic latent voces omnium apparent et fit concentus
ex dissonis. hanc similitudinem et hec verba prosequitur Seneca in epistolis
Si forte videbitur alium compilare certa duximus supra ex ver-
bis plenius quos debemus nominare auctores Ubi verbo quam aliorum
dicta colligentes in unum opus referre debemus sed non est contra-
rium enim inmittendum est quod scribitur. tunc actor nominan-
dus est. cum vero plane proditur et vix proprie aut dictor
conceditur et appellatur hec Bonaventura quod licet dicatur Unde Seneca
talem animum vestrum esse volo ut multa in illo artes multa
precepta. multorum etatum exempla sed in unum conspirata Et
aut scribere debemus redigendo in stilum concepta propria. Sed alie
sunt impediendi quatuor concurrunt. scribentis difficultas. persone

maturitas · rei scripte vtilitas · perennis familiaritas
Quarto quare sunt redigenda in stillum · e causa obsequiy · im-
pendendi Prout mgr in Prologo lib' sniarum · dicit se lingua
et stilo deseruire studys fratrum quas linguas alio bi-
gas agit caritas xpi · Et in li° · qui de speculi caritatis sic ait
Aweredus Gruppio opus impossibile inexcusabile dignum accusatione · ex
mea pusillanimitate impossibile · ex precepto vestro inexcusabile · dignum
accusatione · ex rei imperfectione Tercio aut maxime gratum est scri-
bendi officium quo quatuor ista acquiruntur Scribentis humilitas · ipsius
maturitas · Rei vtilitas · Perennis familiaritas De humilitate scri-
bentis est probatio manifesta sub hiis indicys vz si ille qui scri-
bit · non extollatur in corde pro inventis aut scriptis suis Si non
detrahat aliis scriptis alienis Si admittat patienter opus cor-
rectionem vel peccatum dictum vel etiam in obscuris Ergo non ex-
tollatur in corde · quia ingenium est omni animali · antiqui quod ge-
nuit · et letatur homo in sua creatura sua De corde enim nascitur sen-
sus · et amant corda proprios fetus adeo ut sepe animus pueris
in conspectu summe claritatis · tortuosum et pravum est filium
suum dignum sibi suum commendare non erubescat · et inde fal-
sum Ambrosius ad Sabinum Nescio quid sit imprudentie cuiusque
qua me confundit vnusquisque fallunt scripta sua · et ut filii
etiam deformes delectant Sic etiam scriptorum indecori ser-
mones sui palpant Vnde et fabula refert Cum omnes be-
stie Iovi presentassent filios suos Symea filium suum presentans om-
nibus eum pretulit · Non alienis detrahat scriptis · nam ut dicit
Symachus patricius in epistola sua Mediocribus scriptoribus omnium
benignitas sit favere · alterius aut invidia nescit cognoscere
Et Sydonius in libro epistolarum suarum Sine studiis nulla laus cu-
re est nec postrema quidem · quia temeritate sua iactantes aliena
proscripta infructuose · purga semina · turpius illa similiter
vera dicuntur Si horum seriatim memores ingenii gratia fa-
tur · si notabilium maxima offensa · inchoatio scribendi ino-
dia · continuatio labor · finis est odium Si quis semper edam
nosti si quid exactis · detrimentum presumptuosum Et Ieronymus in prologo
libri hebraicarum questionum in opusculis scriptorum emulos hi-
ferunt quia summos fulgura montes · me quippe procul ab vrbibus
foro litibus turbis remoti Et ut Quintilianus ait · laten-
tem inveniret invidia Si enim invenit me si ad nostrum se parum
homunculum invidie suas gerunt · et sedibus margaritas re-
nuerent · cum ad eos doctissimos viros et qui gloria invi-
diam superare debuerant livor excresceat Et in fine quia flocci
pendo imaginarias umbras quasi larvarum quarum natura est
terrere parvulos · et in angulis garrire tenebrosis Non admittat
egre correptionem aut linguam emendationem dicit Plinius secundus
in epistola · librum meum tibi emendandum quem putaveris corrigen-
da Ita enim magis credam cetera tibi placere · si quedam
cognovero displicuisse · Persone maturitas reddit officium Prout
scribendi gravitati animi tempus experiencie opportunum Pre-
dicit Ieronymus in epistola ad Rusticum monachum Ne ad scri-
bendum cito prosilias et levi ducaris insania Rem dicit · qua
scriptum est opus gravius Novitas cogit Vnde Aug. dicit in libro
retractationum Vt de opere monachorum scriberem librum illum ne-
